Anno domini 1379, VIII kalendas Novembris, ob. Hugo de Guotenburg. Item Lútold Húrlinger sac. et m. in Berouw. Item VII kalendas Septembris, ob. Margareta monialis in Siczenkilch [et?] Nollingen.

Anno domini 1379, II kalendas Octobris, ob. Eberhardus dictus de Brandis, abb. monasterii Maioris Augie, ordinis s. Benedicti.

Anno domini 1380, V nonas Maii, ob. Heinricus abb. . . . . ., nomine, dictus de . . . iclingen. IX kalendas Octobris ob. Katherina Loche monialis in Berow.

Anno domini 1381 ob. idus Ianuarii Adilhein (*sic*) dicta die ze Rin, monialis et magistra monasterii s. Blasii in Sitzenkilch.

Anno domini 1382, VIII idus Iunii, ob. Iohannes cellerarius, sac. et m. monasterii s. Blasii, de Ochsenhusen. Hic sapientia et eloquencia preditus plurimum laboravit et vigilavit pro statu huius cenobii. Hic inter cetera virtutum eius insignia pervigili cura sollicitudinem gerebat infirmorum fratrum neque[a]) omnes amabat, ut fratres, ab omnibus diligebatur, ut pater, et non solum a religiosis, sed etiam a principibus et conversis,[a]) baronibus ac provincialibus.

Anno domini 1382, VIII idus Augusti, ob. Adelheit dicta Kloterin, sanctimonialis in Berow. Item VIII kalendas Septembris ob. Anna de Efringen et Agnes de Villingen sanctimoniales in Berow. Item V kalendas Septembris ob. Adelheid Amstad monialis in Berow. Item none Septembirs (*sic*) ob. Anna Amstad monialis in Berow. Item VI Idus Septembris ob. Gerdrut dicta Kloterin, monialis in Berow. Item XVIII kalendas Octobris ob. Anna de Villingen sanctimonialis in Berow. VIII kalendas Octobris ob. Lucia de Augen monialis in Berow. IV nonas Novembris ob. Hedwig monialis in Siczemkilch.

Anno domini 1382, XI kalendas Novembris, ob. Iohannes prior, dictus Blarus, m. monasterii s. Blasii. IV nonas . . . . Iohannes de . . . . . . sac. et m. monasterii s. Blasii, ppos. in Berow.

Anno [domini 1382] . . . . . ob. Adelbertus dictus . . . . sac. [et m. monasterii s. Blasii] in Schoenow.

Anno domini [1382] . . . . ob. . . . ., m. in . . . .

Anno domini 1383, XI kalendas Aprilis, Heinricus dictus Landolt sac. et m. monasterii s. Blasii. Pridie idus Maii ob. Chuonradus cv. monasterii s. Blasii. VII kalendas Augusti ob. Iohannes cv. monasterii s. Blasii. VII idus Augusti ob. Agnes monialis monasterii s. Blasii in Sicenkilch. VI kalendas Septembris ob. Dentzmannus diac et m. monasterii s. Blasii. X kalendas Octobris ob. Heinricus cv. monasterii s. Blasii.

[Anno 1384] IV idus Aprilis ob. Heinricus sac. et m. monasterii s. Blasii, prior in Ochsenhusen. Anno domini 1384, XI kalendas Augusti, ob. Heinricus sac. et m. monasterii s. Blasii in Nigra Silva.

Anno domini 1386, II kalendas Maii, ob. Chuonradus cv. monasterii s. Blasii. IV nonas Septembris ob. Clara de Bubendorf monialis in Siczenkilch. V idus Septembris ob. Anna de Wil monialis in Berouw. XIV kalendas Octobris ob. Iohannes Ederli sac. et m. s. Blasii in Gutnouw.

[Anno 1387?] XVIII kalendas Februarii ob. Iohannes de [Schoe]nouw, sac. et m. s. Blasii. III idus Ianuarii ob. Katherina monialis in Guotnouw. IV kalendas Marcii ob. Katherina monialis s. Blasii in Berouw. III nonas Marcii ob. Iohannes cv. et m. s. Blasii. VI kalendas Martii ob. Berchtoldus D . . . cv. s. Blasii in Ochsenhusen. XIV kalendas Septembris ob. Heinricus sac. s. Blasii in Ochsenhusen.

Anno 1388 ob. VIII kalendas Aprilis Anna de . . . . monialis in [Berow].

Anno 1390 ob. IV idus Septembris fr. Heinricus Hoedal sac. et m. s. Blasii. XVIII kalendas Octobris ob. Nicolaus Dietinger sac. et m. s. Blasii in Witnouw. III nonas Novembris ob. Ioannes Tening[b]) cv. et m. s. Blasii. XII kalendas Ianuarii ob. Rudolfus de Alminshofen puer et m. s. Blasii.

a) *Corrig.: atque, comitibus.* b) *Vel Tennig.*

Anno [13]91, XIII kalendas Februarii, ob. Heinricus cv. et m. s. Blasii. XII kalendas Februarii ob. Mathias puer et m. s. Blasii. XI kalendas Marcii ob. Berth[old]us dictus Has diac., sub Iohanne abbate m. monasterii s. Blasii. IX kalendas Augusti ob. fr. Ruodolfus de Argentina sac. et m. monasterii s. Blasii. Idus Augusti ob. fr. Iohannes de Tuilsikon scolaris s. Blasii.

Anno [13]92 ob. Nicolaus Dux sac. monasterii s. Blasii. Item XI kalendas Septembris ob. Kraft sac. et m. monasterii s. Blasii

Anno [13]93, II idus Februarii, ob. Cuonradus de Kroczingen sac. monasterii s. Blasii et Ruodolfus diac., fr. Iohannes cv. de Sekingen.

[Anno 1394?] item XIII kalendas Augusti ob. fr. Nicolaus sac. de Totnow.

Anno domini 1395, XIII kalendas Iunii, ob. fr. Petrus de Núwenfels. Item eodem anno, VI kalendas Iulii, ob. fr. Hartmann prior. sac. et m. Item ob. Iohannes de Coestentz. Item ob. Margareta Krepin priorissa in Sitzenkilch et Anna soror eius. Eodem anno ob. Hartmann Willachus pbr. Item ob. Uolricus, so.[a]) cv.

Anno domini 1394, XVI kalendas Decembris, ob. Heinricus Zillishuser sac. et m. monasterii s. Blasii in Schoenow.

Anno domini 1396 ob. Nicolaus Súmler sac. et m. monasterii s. Blasii. Anno domini 1396 ob. Stephanus sac. et m. s. Blasii monasterii s. Blasii in Berouw.

Anno domini 1398 ob. Heinricus Denkinger cv. et m. monasterii s. Blasii. Anno domini 1398, III nonas Iunii, ob. Burkardus dictus Vasolt. Eodem anno, V nonas Octobris, ob. Petronella monialis in Guotnouw. Anno domini 1398, XIII kalendas Decembris, ob. religiosus in Christo fr. Berhtoldus Scukki pbr. de Thin[gen], conventualis huius monasterii s. Blasii, pleb. in Schoenow.

Anno domini 1399, VI kalendas Aprilis, ob. Anna de Werra monialis in Sitzenkilch. Anno domini 1399, V idus Mai, ... monialis et magistra Siscenkilch. VIII idus Maii ob. Anna de Hertenberg in Siczenkilch. IV nonas Iunii Adelhait monialis in Siczekilch et magistra ibidem. Idibus Augusti ob. Cuonradus sac. et m. monasterii s. Blasii ibidem.

Anno domini 1400, X kalendas Maii, ob. fr. Hermannus sac. et m. monasterii s. Blasii. XIII kalendas Augusti fr. Cuonradus sac. et m. monasterii s. Blasii. VIII idus Augusti ob. Guta in Berow. VII kalendas Septembris ob. Iohannes Bart conventualis monasterii s. Blasii. III idus Augusti ob. Anna in Berow. VIII idus Septembris ob. fr. Ruodolfus sac. et m. monasterii s. Blasii in Berow. Item VII kalendas Octobris ob. Hainricus subdiac. Item XIII kalendas Novembris ob. Adelhait monialis in Berow. Item XII kalendas Novembris ob. Erhardus sac. monasterii s. Blasii. Item VIII kalendas Aprilis ob. Ekhardus m. s. Blasii. IX kalendas Novembris ob. frater Andreas ppos. Nove Celle.

Anno domini 1406, II kalendas Novembris, ob. fr. Engelhardus cv. monasterii s. Blasii.

Anno domini 1409, VI idus Aprilis, ob. Diettricus sac. monasterii s. Blasii.

Anno domini 1404 ob. Ursula monialis in Berowca.

Anno domini 1408 ob. Margaretha monialis in Berowa.

Anno domini 1406 ob. Verena monalis in Berowa.

Anno domini 1410, VII kalendas Februarii, ob. fr. Albertus sac. im Tothmos et eundem locum honorifice rexit 33 annos. Anno domini 1410, III idus Aprilis, ob. fr. Conradus cv. monasterii s. Blasii. Anno domini 1410, II nonas Iunii, ob. Eberhardus sac. et m. monasterii s. Blasii. Anno domini 1410, VI nonas Iunii, ob. fr. Iohannes cv. monasterii s. Blasii. Anno domini 1410, XIII kalendas Iunii, ob. fr. Iohannes cv. monasterii s. Blasii.

Anno domini 1411, III nonas Februarii, ob. fr. Diethelmus sac. et m. monasterii s. Blasii. Anno domini 1411, VIII kalendas Marcii, ob. fr. Iohannes cv. monasterii s. Blasii. Anno domini 1411, X kalendas Iunii, ob. fr. Iohannes cv. monasterii s. Blasii. Anno domini 1411, VI nonas Iulii, ob. Margaretha monialis in Berow. Anno domini 1411, idus Iulii ob. Verena monialis in Berow. Anno domini 1411 ob. fr. Iacobus sac. et m. s. Blasii. Anno domini 1411, V kalendas Octobris, ob. fr. Iohannes diac. Anno, quo supra, ob. Goetfridus scolaris et m. s. Blasii. Anno, quo supra, ob. fr. Iohannes cv. monasterii s. Blasii.

Anno domini 1412, III kalendas Aprilis, ob. fr. Heinricus cv.

Anno domini 1412, none Iunii, ob. fr. Hermannus sac. et m. s. Blasii. Anno domini 1412, ydibus Septembris, ob. fr. Heinricus cv. Anno domini 1412, XV kalendas Maii, ob. fr. Iohannes sac. et m. s. Blasii.

Anno domini 1413 ob. fr. Iohannes App sac. et m. s. Blasii in Nallingen.

Anno domini 1414, XII kalendas Marcii, ob. fr. Eberhardus de Kússenberg, sac. et m. s. Blasii. Anno domini 1414, VII kalendas Martii, ob. fr. Fridericus prior (?) et scolaris (?) et m. s. Blasii. Anno domini 1414, idibus Iunii, ob. Margaretha monialis in Boerow.

Anno domini 1416 ob. fr. Iohannes prior et sac. (?) monasterii s. Blasii. Anno domini 1416 ob. fr. Iodocus sac. et m. s. Blasii. Anno domini 1416 ob. fr. Iohannes diac. monasterii s. Blasii.

---

a) *Scolaris?*

Anno domini 1417 ob. fr. Eberhardus, [m.] et sac. monasterii s. Blasii.

Anno domini 1418 ob. fr. Eberhardus de Loeffingen sac. monasterii s. Blasii. Anno domini 1418 ob. fr. Iohannes, cv. monasterii s. Blasii. Anno domini 1418 ob. fr. Egidius sac. monasterii s. Blasii, pleb. in Hoelstein. VI nonas Octobris ob. fr. Iohannes Scriptor sac. et m. monasterii s. Blasii. Item fr. Felix sac. et m. s. Blasii. Item fr. Uolricus sac. et m. s. Blasii. Item fr. Burkardus sac. et m. s. Blasii. Item fr. Hugo sac. et m. s. Blasii. Item Caspar puer et Heinricus puer et Nicolaus puer. Item fr. Iohannes sac. et m. s. Blasii. Item fr. Iohannes sac. et m. s. Blasii. Item fr. Ruodolfus sac. et m. s. Blasii. Item fr. Iohannes cv. Item Iohannes cv. Item fr. Iohannes cv. Item fr. Nicolaus cv. Item XI kalendas Ianuarii ob. fr. Cunradus diac.

[Anno 1419?] item XVII kalendas Aprilis ob. fr. Iohannes de Schlageron sac. et m. Item V nonas Octobris ob. fr. Iohannes Kuoncz sac. et m. monasterii s. Blasii.

[Anno 1420?] item VII kalendas Ianuarii ob. fr. Iacobus Antwirt sac. et m. monasterii s. Blasii. Item III kalendas Februarii ob. fr. Iohannes Krozinger sac. et m. monasterii s. Blasii. Item V kalendas Marci ob. Conradus Rott sac. et m. monasterii s. Blasii. Item IV kalendas Aprilis ob. Margaretha Inhoff monialis in Berow. Item fr. Ulricus cv. Aberli Hoeher, Engla uxor sua, praebendarii in Nallingen. Item IV kalendas Augusti ob. fr. Nicolaus Hochse sac. et m. monasterii s. Blasii. Item II kalendas Augusti ob. fr. Heinricus Larer sac. et m. monasterii s. Blasii. Item VIII kalendas Septembris ob. fr. Iacobus Schindler sac. et m. monasterii s. Blasii. Item IV kalendas Septembris ob. fr. Iohannes Okers sac. et m. monasterii s. Blasii. XV kalendas Octobris ob. fr. Osswaldus Flach sac. et m. monasterii s. Blasii. Item IV nonas Septembris ob. fr. Iohannes de Surse sac. et m. s. Blasii. Item eodem anno ob. Hainricus cv. et Margaretha monialis in Berow et Iohanna monialis in Siczenkilch.

[Anno 1421?], VI idus Februarii, ob. fr. Cuonradus diac. monasterii s. Blasii.

Item XIII kalendas Februarii anno domini 1434 ob. Margaretha Stulingin de Brugg monialis in Berow.

Item IV nonas Septembris anno domini 1435 ob. Clara Renczi monialis et professa in Beroewa. Item XVIII kalendas Maii ob. fr. Iohannes Rosenfeld ppos. in Witnow. Item VIII idus Maii ob. soror Elisabeth monialis in Siczenkilch.

Item III nonas Septembris anno domini 1438 ob. Susanna monialis in Berow. Item anno domini 1438, II kalendas Octobris, ob. fr. Iohannes Schultheis subdiac. monasterii s. Blasii. Anno domini 1438, XVI kalendas Septembris, ob. fr. Iacobus Túwiger [de] Schoenow sac. et m. professus monasterii s. Blasii.

Anno domini 1439, XVIII kalendas Februarii, ob. fr. Iohannes prior monasterii s. Blasii. Anno domini 1439, XV kalendas Aprilis, ob. fr. Iohannes Rencz de Zell sac. et m. professus monasterii s. Blasii. Anno domini 1439, VI idus Maii, ob. fr. Bertholdus Dyom sac. et m. professus monasterii s. Blasii. Anno domini 1439, III kalendas Iunii, ob. fr. Nicolaus cv. monasterii s. Blasii. Anno domini 1439, III idus Iulii, ob. fr. Uolricus Vend sac. et m. professus monasterii s. Blasii. Anno domini 1439, IV kalendas Augusti, ob. fr. Nicolaus Rhagspan sac. et m. professus monasterii s. Blasii. Anno domini 1439, III kalendas Augusti, ob. fr. Uolricus Maiger de Loeffingen sac. et m. professus monasterii s. Blasii. Anno domini 1439, X kalendas Septembris, ob. fr. Iohannes Iosephus Maerk sac. et m. professus monasterii s. Blasii. Anno domini 1439, XV kalendas Octobris, ob. fr. Heinricus Halchamer sac. et m. professus monasterii s. Blasii. Anno domini 1439, ydibus Septembris, ob. fr. Cuonradus Ulmer sac. et m. professus monasterii s. Blasii, ppos. in Nallingen. Anno domini 1439, VI kalendas Novembris, ob. fr. Nicolaus Sparhoew sac. et m. professus monasterii s. Blasii. Anno domini 1439, VI kalendas Novembris, ob. Engela monialis in Berow. Anno domini 1439, IV idus Novembris, ob. fr. Caspar Boener sac. et m. professus monasterii s. Blasii.

Anno domini 1440, VII idus Aprilis, ob. fr. Hainricus Ruomlang sac. et m. professus monasterii s. Blasii. Anno domini 1440, III nonas Iunii, ob. fr. Heinricus Switer sac. et m. professus monasterii s. Blasii. Anno domini 1440, XII kalendas Novembris, ob. fr. Blasius Sto . . sac. et m. professus monasterii s. Blasii.

Anno domini 1441, XI kalendas Iulii, ob. fr. Iohannes cv. et m. professus monasterii s. Blasii. Anno domini 1441, VIII kalendas Decembris, ob. fr. Felix Stuck sac. et m. professus monasterii s. Blasii.

Anno domini 1442, VII idus Maii, ob. fr. Caspar de Muntzingen sac. et m. professus monasterii s. Blasii.

Anno domini 1453, III kalendas Ianuarii ob. dominus . . . . All [? sac.] et [m].

NECROLOGIUM MINUS MONASTERII S. PETRI NIGRAE SILVAE.

Mortuarium monasterii s. Petri, ordinis s. Benedicti, circa annum 1080 in oppido Weilheim (nunc ditionis Wirtembergicae) conditi et anno 1091 in Nigram Silvam translati, intra hos annos conscriptum iam dudum periit. Reliqua est tantum epitome, quam Petrus Gremelspach abbas huius monasterii anno 1497 confici iussit. Hoc opus, quod, quia praeter nomina abbatum nomina benefactorum comprehendit, ab auctore suo „liber benefactorum" nominatus, est pars codicis membranacei, qui nunc in bibliotheca publica Caroliruhensi asservatur quique praeter necrologium hoc minus catalogum abbatum et notas varias historicas[1] *continet.*

Recensionem novam necrologii minoris confecit anno 1569 Daniel Wehinger, abbas Sanpetrinus, quam Conradus Ploz, monachus eiusdem coenobii, in exemplar necrologii Gengenbacensis circa annum 1590 in monasterio S. Petri scriptum transtulit. Necrologium Sanpetrinum hoc modo adauctum usque ad annum 1693 continuatum est. Hoc anno recensio nova inchoata est, in qua ex mortuariis aliorum coenobiorum, ex rotulo Sanpetrino[2] *et ex aliis fontibus domesticis et alienis ex arbitrio scriptoris selecta nomina permulta defunctorum, qui vixerunt medio aevo, addita sunt. Quam ob rem hoc necrologium, quod usque ad annum 1752 continuaverunt, minimi pretii est. Quod pertinet etiam ad editionem novissimam a Baumeistero saepius nominato confecto, nam praeter recensiones, quas ante dixi, operi suo etiam nomina ex mortuario Seldensi et ex cartis monasterii S. Ulrici Nigrae Silvae ex arbitratu suo adiecit.*

IANUARIUS.

2. IV non. Ob. Adelbertus de Sevelden, qui dedit nobis agrum ad Bettburg.
4. II non. Ob. Cuonradus filius ducis Cunradi.
8. VI id. Ob. Cuonradus dux de Zaeringen, pro quo uxor eius dedit predium ad Roetenbach et casulam purpuream, officium cum 5 candelis.
10. IV id. Ob. Goetfridus de Loetschbach.[3]
16. XVII kal. Ob. Cuono n. c. m., qui, quicquid predii apud Nortwile et Merdingen habuit, s. Petro dedit.
17. XVI kal. Ob. Ruodolfus n. c. m.[4]
21. XII kal. Ob. Berchtoldus Lecheler de Vilingen, qui dedit nobis predium suum apud Grueningen.
25. VIII kal. Ob. Adelheit villica de Iwa.[5]
26. VII kal. Ob. Richinza vidua de Rotwil, que patravit nobis librum missalem.
28. V kal. Ob. Erlewinus Wolver, qui dedit nobis mansum unum ad Optingen.

FEBRUARIUS.

1. kal. Ob. Cuono de Bleicha, qui dedit nobis predium suum apud Bleicha.
3. III non. Depositio Petri abbatis [14]92.
4. II non. Depositio Waltheri abbatis 11.
7. VII id. Ob. Ropertus cv., qui suum predium apud Gundolfingen s. Petro dedit.
8. VI id. Ob. Egilolfus de Blanch[inberc]; hic, quicquid predii apud Ufhusen et frater eius Burckhardus habuerunt, nobis dederunt.

---

1) *Vide Freiburger Diöcesanarchiv XIV, 63 sqq.* 2) *Vide Freiburger Diöcesanarchiv XV, 133 sqq.* 3) *Pr. de bonis eius in Ampringen, de quibus etiam datur praebenda in anno Goetfridi abbatis, fratris eius.* 4) *Pr. de quodam prato in Rora, quod nuncupatur Prugmatt.* 5) *Pr. de quodam feodo sito in Rechtenbach an dem Berg.*

9. V id. Ob. Gerboldus pbr.; hic vineam unam et duo agri iugera ad Maltertingen nobis dedit. Depositio Gozmanni abbatis 2.
11. III id. Ob. Cuonradus de Swartzemberg, qui dedit nobis predium suum apud Tóingen Ob. Lentfridus, qui dedit nobis vineam apud Maltertingen.
18. XII kal. Ob. Lentfridus, qui dedit nobis vineam apud Maltertingen.[1]
19. XI kal. Ob. Berchtoldus 3. dux de Zaeringen, conditor civitatis Friburgensis, in Molnsheim occisus, officium cum 5 candelis.
20. X kal. Ob. Henricus n. c. m. de Basilea, qui inter alia beneficia aureum calicem, gemmis ornatum, 5 cappas et 4 candelabra deaurata, cruciculam argenteam s. Petro dedit.
21. IX kal. Ob. Reginoldus, qui cum fratre suo Berchtoldo, quicquid predii apud Ache habuerunt, nobis tradiderunt.
22. VIII kal. Ob. Adilbertus, qui dedit nobis mansum unum apud Hochstetten.
24. VI kal. Ob. Waltherus villicus de Iwa, qui cum uxore sua in Merdingen somam vini s. Petro dedit.
25. V kal. Depositio Benedicti abbatis 20.[2]
26. IV kal. Ob. Henricus villicus de Espach, qui dedit nobis cum uxore sua unum pratum in Witpfi dictum Kistelermatten, quod solvit 6 β cum 6 pullis.

MARTIUS.

2. VI non. Depositio Heinrici Etlinger abb. 22.[3]
4. IV non. Depositio Heinrici abb. 9.
6. II non. Ob. Ludwicus cv., hic cum filiis suis predium suum in Glotertal in Mallinbach situm s. Petro donavit.
8. VIII id. Ob. Carolus n. c. m., hic, quicquid predii apud Ampringen habuit, nobis dedit.
9. VII id. Ob. Lancelinus n. c. m., qui pratum quoddam apud Gundolfingen nobis dedit.
10. VI id. Ob. Heinricus de Roetenbach, qui dedit 8 β de prato in Roetenbach.
13. III id. Ob. Lútgart, que cum viro suo predium ad Bleicha nobis donavit.
15. id. Ob. Wolfgerus n. c. m., qui inter alia beneficia vineam apud Maltertingen nobis dedit.
20. XIII kal. Ob. Reinbotto n. c. m., hic mansum unum ad Verenstetten et quicquid ad Mótrisheim habuit, nobis dedit.
25. VIII kal. Ob. Liugart com[a], soror ducis, que dedit nobis stolam aurifrigio decenter ornatam et casulam purpuream.
28. V kal. Ob. Waltherus Lecheler.[4]
29. IV kal. Depositio Iohannis abbatis 28.[5]

APRILIS.

4. II non. Ob. Arnoldus n. c. m., hic, quicquid in viculo Rora habuit, s. Petro dedit. Der fest Bernhart Stromer von Richenbach und Geneve von Endingen, sin eliche húfsfrauw, hoend geordnet und gestift ein jórzitt zuo Sant Peter im Schwartzwald zuo lów und zuo eren gott dem almechtigen, im und siner hufsfrawen und irer beyder fater und muoter und aller irer geschwistrigen und aller irer vorderen und nochkumenden, dafs man sol begon vff den nesten donstag vor oder noch sant Ambrosius dag ungeferlich mit 8 briester mit einer gesungen vigil und sel ampt, dorvon gend mir 1 guldin geltz den conventherren, der gót ab Oberbergen am Keyserstuol by Endingen noch inhalt der brieff, die dor yber heren, und ob sach wer, dafs die 8 mesen einfs dagfs nit verbrocht werden, so sol man den nesten dag dor noch die zal erfillen. Dafs git Michel Zúmp von Oberbergen.
11. III id. Ob. Heinricus Wiel, qui dedit nobis dimidium mansum ad Lendingen.
12. II id. Ob. Berchtoldus 2. dux de Zaeringen, qui primus huius loci fundator extitit et pater pauperum beati Petri devotus, qui etiam dedit nobis calicem unum, anno 1111, officium cum 5 candelis.
17. XVI kal. Ob. Hermannus de Wolfenwiler, hic tradidit nobis partem predii sui ad Gúnterstal et unum mansum ad Adelhusen et quicquid in Stockach visus est habere. Depositio Arnoldi abbatis 10.
24. VIII kal. Ob. Hartwigus, qui predium suum apud Owan nobis dedit.
27. V kal. Ob. Gerwigus n. c. m., hic inter plura calicem argenteum nobis dedit.

---

1) *Idem, qui nominatur 11. Ianuarii?* 2) *Re vera abbas 25.* 3) *Re vera est abbas 27.*
4) *Pr. de curia eius, quam dedit nobis in Ashein.* 5) *Re vera est abbas 33.*

MAIUS.

3. V non. Ob. Judinta, que inter alia beneficia cum viro suo 3 marcas nobis dedit.
15. id. Ob. Lúpertus pbr., a quo habemus crucem auro, argento, gemmisque decenter ornatam cum aliis quam plurimis beneficiis.
21. XII kal. Ob. Udalricus n. c. m., hic inter innumera beneficia crucem maiorem pretiosam, auro, argento, gemmis decoratam patravit, 2 calices argenteos, 4 cappas bissinas et 20 marcas ad allodia comparanda beato Petro dedit, precipuusque patrator fontis, qui claustrum influit, extitit.
26. VII kal. Ann.[1] Iohannis Lebsanft vicarii in Nabern, parentum, commissorum ac omnium benefactorum suorum, qui post plurima benefitia (*sic*) nobis exhibita tabulam depictam et ornatam ad altare Apostolorum patravit, 9 quoque argentea vasa fratribus utenda legavit.

IUNIUS.

1. kal. Depositio abbatis Eponis 3.
13. id. Ob. Wolpertus, qui dedit nobis duos agros ad Maltertingen.
18. XIV kal. Ob. Trutmannus, qui dedit nobis 6 marcas.
21. XI kal. Ob. Egilolf cv. qui dedit nobis predium suum apud Schalstat.
22. X kal. Ob. Hupertus pbr. qui dedit nobis ad allodia comparanda 15 marcas.

IULIUS.

8. VIII id. Ob. Berchtoldus n. c. dedit nobis predium suum apud Hacho. Depositio Eberhardi abbatis 12.
9. VII id. Ob. Gerhardus cler., qui predium suum ad Schallstat nobis dedit.
11. V id. Ob. Adilbertus n. c., qui dedit nobis predium suum Schlatschlege.
12. IV id. Ob. Hartwigus n. c., qui dedit nobis predium suum ad Gundel[v]ingen.
13. III id. Ob. Ozo, qui dedit nobis duos agros ad Hochdorf.
22. XI kal. Ob. Ita, que dedit nobis viculum Rora et dorsale bissinum.
23. X kal. Ob. Judinta com[a], que inter alia bona in armillis et monilibus suis 6 uncias auri et calicem nobis cum viro suo dedit.
27. VI kal. Ob. Mangoldus n. c., qui dedit nobis mansum unum ad Nidernwilr.
28. V kal. Ob. Gozbertus n. c., qui inter plura benefitia 30 libras argenti, calicemque maiorem et missalem et matutinalem librum nobis dedit.

AUGUSTUS.

1. kal. Depositio Simonis abbatis 30.[2]
3. III non. Ob. Heinricus n. c., qui cum fratre suo ad Schallstat curtem unam, agrum et vineam nobis dedit.
5. non. Depositio pie memorie Ruodolfi ducis de Zaeringen et ep[i]. Leodiensis anno 1190.
9. V id. Ob. Lútgart filia ducis Berchtoldi. Ob. Erchinboldus, qui dedit nobis predium suum ad Schallstat et mansum unum ad Norsingen, dimidium quoque ad Egginheim.
12. II id. In hac die omnibus fratribus caritas facienda est cum pulcro pane, piscibus et vino de predio apud Louffen, quod dedit Wernherus et frater suus Hartmodus pbr.
14. XIX kal. Similiter et in hac die facienda est caritas de predio apud Ampringen, quod emit 20 marcis Burkardus dec. de Basilea.
17. XIV kal. Ob. Henricus pbr., hic, quicquid predii apud Buchsitum habuit, s. Petro dedit.
20. XIII kal. Ob. Hiltrut, que dedit nobis calicem argenteum, deauratum.
24. IX kal. Ob. Adilbertus pbr., qui mansum unum ad Zaeringen et pratum ad Gundelfingen dedit.
27. VI kal. Ob. Udalricus eps. Constantiensis anno 1127, officium cum 3 candelis.
30. III kal. Ob. Hadewig, que cum viro suo in auro et gemmis et vestibus plurimum nobis dedit.

SEPTEMBER.

1. kal. Ob. Bertha, que cum aliis beneficiis calicem argenteum maiorem et missalem librum s. Petro patravit.

---

1) *Peragendum est feria 3 ante Pentecosten.* 2) *Re vera est abbas 35.*

3. III non. Ob. Cuono, qui dedit dimidium mansum ad Hartheim.
5. non. Ob. Luitgart, que cum viro suo predium suum apud Lucilinstal et 1 mansum apud Vilingen nobis dedit.
8. VI id. Ob. Berchtoldus 4. dux de Zaeringen, officium cum 5 candelis. Depositio Iohannis Túfer abbatis.
17. XVI kal. Ob. Eberhardus pbr. de Betburg, qui inter alia benefitia apud Vilingen curtem nobis cum capella edifficavit et predium apud Aseheim cum 16 marcis comparavit.
25. VII kal. Ob. Berwardus, qui dedit nobis 10 stouchboza (*sic*) ad Veristetten.
26. VI kal. Depositio Goetfridi abbatis 22.[1]
29. III kal. Ob. Adilbertus medicus, qui inter alia benefitia 10 marcis campanam patratam cum stolis duabus cappam bissinam s. Petro dedit.

OCTOBER.

2. VI non. Ob. Ruodolfus, qui predium suum apud Riecha et Locha nobis donavit.
6. II non. Ob. Acelinus, hic apud Buggingen vineam unam et agrum nobis donavit.
7. non. Ob. Hermannus marchio in marchione (*sic*), qui inter alia beneficia predium suum apud Ampringen s. Petro dedit et calicem aureum novem auri uncias appendentem, officium cum 5 candelis.
8. VIII id. Depositio Marcquardi abbatis 6.
11. V id. Depositio Gerwardi abbatis 4.
12. IV id. Ob. Gotfridus de Stouffen, qui inter alia beneficia predium suum apud Wendlingen nobis dedit et duo bacina argentea.
14. II id. Ob. Cuonradus n. c. m., qui inter alia beneficia predium 30 talentis Waltershofen comparavit.
16. XVII kal. Ob. Ruodolfus rex, officium cum 5 candelis.
17. XVI kal. Ob. Heczil, qui cum uxore sua et filio predium suum ad Haſslach s. Petro donavit.
22. XI kal. Ob. Gisela soror Burckardi Basiliensis, que dedit nobis predium suum apud Schlat, quod erat Heinrici de Ampringen, quod enim Burkardus de Basilea 20 marcis emit.
28. V kal. Ob. Gumpertus, hic cum fratre suo partem predii sui ad Gundelfingen et quicquid ad Vulptal habuit, nobis dedit.
31. II kal. Ob. Belinta (*sic*) mater Burkardi de Basilea, que dedit nobis predium ad Norsingen et predium, quod est apud Bickensold, quod emit 27 marcis.

NOVEMBER.

11. III id. Ob. Gresser miles, qui dedit nobis annuatim 1 ℔ ₰ de domo consilii in Friburg.
12. II id. Depositio beate memorie Gebehardi Constanciensis ep[i] anno 1110, officium cum 5 candelis.
16. XVI kal. Ob. magister Berchtoldus de Richenbach, de cuius anniversario datur nobis ℔ ₰ de bonis usser dem Luterbach des Hilwers guot.
23. IX kal. Ob. Cuonradus pbr., qui dedit nobis partem vinee ad Ufhusen.
27. V kal. Ob. Waltherus, hic, quicquid predii apud Wilar et Berlach habuit, nobis dedit.
28. IV kal. Ob. Diemuot, que dedit nobis marcam unam, cum qua comparavimus vineam ad Maltertingen.
30. II kal. Ob. Craft, qui dedit nobis 8 iugera ad Bissingen.

DECEMBER.

2. IV non. Ob. Bicco de Almshofen n. c. m., qui dedit nobis predium suum ad Hohenfirst.
3. III non. Depositio Berchtoldi quinti ducis de Zaeringen, officium cum 5 candelis. Depositio Adalberi (*sic*) abbatis primi huius loci.
4. II non. Ob. Burckardus, qui dedit nobis, quicquid habuit ad Ufhusen.
5. non. Ob. Berchtoldus pbr. de Zarten, qui dedit nobis 2 vineas apud Endingen et 1 curtim. Depositio Hugonis abbatis.
7. VII id. Ob. Heinricus de Burg, dedit nobis annuatim 10 ß de quodam prato in Wiler. Depositio Henrici Salati abbatis 18.[2]
16. XVII kal. Ob. Rodigerus n. c., hic inter plura beneficia 30 marcas s. Petro dedit et predium ad Swindorf, pro quo in concambium dati sunt duo mansi ad Sulza.

---

1) *Re vera est abbas 13. Pr. de bonis sitis in Ampringen, quae fuerunt fratris eius.* 2) *Re vera abbas 22.*

17. XVI kal. Ob. Berchtoldus.[1]
19. XIV kal. Ob. Agnes uxor ducis Berchtoldi et filia Ruodolfi regis de Arle, hec dedit s. Petro vicum Buchse ex hereditate paterna cum omnibus ad se pertinentibus, insuper pro illo defuncto dorsale bissinum satis bonum.
22. XI kal. Ob. Berchtoldus pbr., qui dedit nobis vineam unam cum domo lapidea, iugera 9 et prata 3 ad Maltertingen. Depositio Berchtoldi abbatis 14.
26. VII kal. Ob. Conradus n. c. de Swartzenberg, qui dedit nobis predium suum apud Merdingen.
27. VI kal. Ob. Geroldus, qui dedit nobis cum uxore sua mansos duos et tot prata ad Uesingen.
28. V kal. Ob. Clementia ductrix, que dedit purpuream et duo dorsalia anno 1159.

NECROLOGIUM TENNENBACENSE.

Monasterium Tennenbacense, quod situm erat in pago Brisgoiae in vicinia oppidi Emmendingen, ordinis Cisterciensis, conditum anno 1158, iam saeculo XVI. necrologium suum medio aevo conscriptum amisit; verisimile enim est, in tumultu rustico anni 1525, cum monasterium die 4. Maii funditus destrueretur, deletum esse. Exstat hodie tantum compilatio, quae non recensio necrologii prioris est, sed nomina tantum abbatum, nonnullorum monachorum et benefactorum monasterii continet. Quorum nomina plurima scriptor in monumentis sepulchralibus monasterii sui invenit et glossis suis, quae quidem partim vitiosae sunt,[2] adornavit. Quia haec monumenta cum monasterio ipso anno 1824 deleta sunt, hic huius compilationis, quae sola nomina his monumentis tradita conservat, epitomen edendam esse putavi. Compilatio autem ipsa cum iam temporibus illis monachi Sanpetrini saepius nominati in coenobio Tennenbacensi perierit, usus est Baumeister tantum exemplari monasterii S. Petri Nigrae Silvae idque in collectione sua necrologica recepit et sic nobis servavit.

IANUARIUS.

1. kal. Venerabilis dominus Hesso, primus abb. de Frienisberg, cum 12 monachis eius, qui fundum emerunt cum multis praediis adiacentibus et appertinentiis a nobili viro Cunone de Horwin in praesentia inclyti ducis Berchtoldi et illustris principis Hermanni, marchionis de castro Hachberg, ipso mediante et sigillo suo confirmante pactum.
3. III non. Fr. Albertus de Alberspach.
4. II non. Udalricus secundus abb., non minus pie, quam feliciter praefuit et possessiones monasterii auxit.
5. non. Fr. Fridericus de Durheim.
9. V id. Fr. Ludovicus [de] Stielingen.
10. IV id. Burchardus Iselin abb., sub hoc instituta fuit confraternitas perpetua inter religiosos Thennenbacenses et religiosas Günterstalenses 1452, requiescit in capitulo fuitque praesul 18us.
12. II id. Ego com. de Urach, huius nominis secundus, dictus Mit dem Bart, dominus in Friburg, et Agnes eiusdem coniunx, ducis Bertoldi de Zaeringen V. et ultimi soror, fuerunt sepulti ambo in caemiterio sub magno sepulchro lapideo,[3] ubi videntur adhuc insignia. Hi fuerunt parentes s. Conradi cardinalis, monachi Villariensis in Brabantia, et Berchtoldi abbatis huius loci. Dedit nobis quartam partem vinearum in Immerstahl. Obierunt 1236.

1) *Pr. de quadam vinea sita in Merdingen.* 2) *Falsissime, ut exemplo utar, compilatio comites Egonem et Berchtoldum de Urach die 1. Maii et 28. Decembris etiam de Furstenberg nominat.* 3) *Baumeister imaginem huius sepulchri hic addidit. Depictum est idem iterum Fürstenberg. Urkundenbuch I, 173.*

13. id. Marchio Hainricus de Hachberg in caemiterio sepultus, cuius sepulchrum rebelles[1] destruxerunt. Fr. Henricus prior huius loci.
15. XVIII kal. Fr. Conradus postulatus in tertium abbatem ad S. Urbanum. Ioannes Eviger parochus in Wiblinsberg dedit varia bona et dona monasterio.
20. XIII kal. Fr. Rudolphus cv. pergamenarius.
21. XII kal. Fr. Gottfridus scriba de Friburg, scripsit vitam beati Hugonis.[2]
22. XI kal. Rudolphus Zoller de Elzach abb. huius loci 15., in capitulo positus. Fr. Assechindus prior huius loci.
27. VI kal. Fr. Heinricus quondam scholasticus Friburgensis.[3]
28. V kal. Fr. Waltherus custos.
29. IV kal. Fr. Henricus de Schlercheim.
31. II kal. Fr. Arrenknitt maior cellerarius.

FEBRUARIUS.

1. kal. Burchardus de Züslingen, 6. huius loci abb. 1260. Fr. Dietricus von Baumgarten.
4. II non. Fr. Henricus magister zu Langenbogen conventualis. Sophia dicta de Steinbach, Brigida dicta Morserin, uxor domini Franconis de Empringen, in sacello s. Martini tumulata, ubi nunc est parvum cellarium refectorii, 1336.
5. non. Ioannes de Zottenove nobilissimo genere natus, abb. huius loci 10. Fr. Albertus de Alcina prior.
6. VIII id. Fr. Burchardus cv. magister zu Haderen.
15. XV kal. Adelheidis von Malderdingen dedit aliquot agros, census.
18. XII kal. Fr. Bertoldus magister zu Herbolzheim cv.
19. XI kal. Fr. Hugo de Tusselingen. Burchardus Iselin pater Burchardi abbatis. Catharina de Yringen soror fratris Ioannis de Vinde.
21. IX kal. Fr. Godefridus de Hercheren.[a)]
23. VII kal. Fr. Ioannes de Munzingen.
24. VI kal. Fr. Ioannes de Truttenberg.
25. V kal. Fr. Theodoricus a Wisswill.
26. IV kal. Fr. Ioannes Nefferlin prior 1368.
28. II kal. Fr. Allgoss magister zu Harderen cv.

MARTIUS.

1. kal. Fr. Henricus von Heitersheim. Gertrudis von Bentzhausen civis in Freiburg legavit monasterio molendinum penes Benzhausen 1266.
2. VI non. Henricus de Valckenstein ex nobili Valckensteniorum familia, abb. Thennbacensis 7., anno 1279. Fr. Ioannes magister zu Roggenbach.
3. V non. Fr. Ioannes von Ottenheim.
4. IV non. Fr. Ioannes von Tottenau.
5. III non. Fr. Walterus cv. magister zu Langenbogen.
7. non. Fr. Ioannes von Totikoven.
8. VIII id. Conradus Pheitelin quondam abb. huius monasterii 19., iacet in circuitu, 1490.
10. VI id. Fr. Conradus Mise cellerarius maior. Fr. Waltherus von Mockenheim. Walterus de Swarzenberg, dominus in Castelberg, dedit aliquot census vini in Endingen 1335.
11. V id. Fr. Walterus a Falkenstein curavit caput virginis de numero 11,000 virginum cum quam plurimis reliquiis et lapidibus pretiosis decorari ex clinodiis et monilibus suorum parentum haereditate relictis.
12. IV id. Meinwardus quondam abb. huius monasterii, tumulatus in circuitu, ex nobili prosapia de Münzingen, sponte se praelatura ante mortem abdicavit 1317. Item pater, soror et mater Meinwardi abbatis.
14. II id. Burchardus Zoller de Elza, pater fratris Rudolphi maioris cellerarii huius monasterii et tandem abbatis, 1406.
16. XVII kal. Fr. Ioannes Sigbott.
19. XIV kal. Nobilis dominus Brumen[b)] a Hornberg aedificavit pro salute suae animae suorumque sacellum prope portam in honorem ss. Benedicti, Petri et Wilhelmi episcoporum

a) *Corrig.: Herderen.* b) *Corrig.: Bruno.*

1) *Anno 1525. — Die 2. Julii, quo hic marchio anno 1231 obiisse dicitur, haec nota repetita est.*
2) *Vide Quellen der badischen Landesgeschichte IV, 64 sqq.* 3) *Haec nota repetitur 17. Februarii.*

ordinis Cisterciensis et s. Aegydii atque Galli abbatum, s. Scholasticae virginis et omnium confessorum, fuit destructum in Seditione Rusticorum. Hic et Fridericus a Hornberg dederunt monasterio domum cum agris, ut quotidie missa celebraretur in capella penes portam pro sua suorumque salute, 1310.

20. XIII kal. Beata Adelheidis virgo de Töningen s. ordinis Cisterciensis, quae ob amorem Christi prope Thennenbach in fratrum domuncula ad Aspen dicta, ubi adhuc visuntur rudera, inclusa multos annos ibidem sanctam et austeram ducens vitam sancto fine quievit, sepelitur in Thennenbach.

21. XII kal. Clara Anna de Keppenbach, Burchardi de Keppenbach coniunx, dedit census aliquod vini et siliginis. Fr. Ludovicus de Munzingen.

31. II kal. Fr. Conradus Trosser cellerarius maior.

APRILIS.

1. kal. Der arme Henrich, des abbts von Einsidlen knecht.

2. IV non. Fr. Conradus Herneler prior.

4. II non. Ioannes dec. de Emmendingen 1334.

7. VII id. Fr. Ioannes de Vinden.

9. V id. Ioannes Lepus de Kenzingen, 12. huius loci abb., sponte se praelatura abdicavit, ob. in Wunenthal, sepultus in capitolio, 1370. Nobilis domina Agnes, marchionissa de Hachberg, filia quondam comitis de Hohenberg Alberti octavi, dicti Rostman, marchionis mater, marchionis Henrici uxor, iacet ante maius altare, 1306.

11. III id. Ottilia uxor dicti Mutteler de Waldkürch, patris et matris Ioannis abbatis, 1406.

12. II id. Fr. Iacobus Hipschman de Biberbach nobilis.

24. VIII kal. Fr. Ioannes Meyer laboriosus ac diligens scriba, qui circa annum domini 1341 antiquum urbarium[1] diligenter scripsit.

29. III kal. Fr. Conradus Sigbott nobilis.

30. II kal. Fr. Henricus Hibschman.

MAIUS.

1. kal. Nobilis domina Agnes, ducis Zeringensis filia Bertoldi V. et ultimi ducis Brisgoiae soror, Egonis de Urach et Furstenberg coniunx, mater Bertoldi abbatis.

2. VI non. Ioannes Lohr maior cellerarius.

3. V non. Iacobus dictus Thanner, 13 huius loci abb., sepultus in capitulo, 1396.

10. VI id. Margarita de Kenzingen.

13. III id. Fr. Theodoricus de Keppenbach, ordinis Teutonici commendator in Neuburg.

14. II id. Fr. Ioannes Sterlin prior.

15. id. Anna Maria Meissin von Friburg dedit nobis vallem prope Friburgum bey dem Oberen Stein 1234.

16. XVII kal. Fr. Rudolphus Zoller cellerarius maior.

19. XIV kal. Fr. Martinus Walter subprior.

22. XI kal. Ioannes Hibschman de Biberbach, iacet in ambitu, 1328.

23. X kal. Damianus Hibschman armiger 1328.

24. IX kal. Fr. Rudolphus de Bottenheim.

25. VIII kal. Fr. Nicolaus Rüefflin, jarzeiter.

IUNIUS.

1. kal. Burchardus de Triberch dedit aliquot agros apud Mundingam, ut ipsi ann. diceretur prima feria sexta post Pentecosten.

2. IV non. Fr. Ioannes de Endingen.

4. II non. Ioannes dictus Mütteler de Waldkirch, abb. Thennenbacensis 14., sepultus in capitulo, 1421.

9. V id. Fr. Paulus Semspach prior.

10. IV id. Ob. imperator Fridericus I, cognomine Barbarossa, in expeditione Terrae Sanctae, qui dedit privilegium super Mundingen et Versteten 1180.

12. II id. Hugo von Isenberg dedit aliquot census 1336.

21. XI kal. Fr. Symon, qui scripsit librum anniversariorum monasterii Güntersthal, 1457. Anna dicta Sporlin, in Keppenbach maritata, iacet in ambitu, 1335.

22. X kal. Philippus rex Romanorum dedit privilegium super bona Mundingen 1207.

1) *Hodie in tabulario Caroliruhensi conservatur.*

23. IX kal. Walter von Gerolzeck dedit nobis domum in Harderen et mediam partem decimarum, ut pro se suisque anniversarius dies ageretur et conventus reficeretur, 1252. Ioannes Zenli de Friburg, vir doctissimus et religiosissimus, abb. Thennenbacensis 11., 1353.

24. VIII kal. Ioannes Vilzgi de Húrnberg (*sic*) armiger.

IULIUS.

5. III non. Mei[n]wardus de Stüelingen nobilis prosapiae praefuit cum magno monasterii emolumento, multas clenodias ad divini cultus splendorem fieri curavit, fuit praesul huius loci octavus.

9. VII id. Nobilis dominus Otto, marchio de Hachberg, in Sempacher conflictu occisus, sed hic sepultus ante maius altare, 1386.

15. id. Nobilis dominus Cuno de Valckenstein 1306.

17. XVI kal. Anna uxor Cunonis de Falkenstein.

26. VII kal. Innocentius III papa, qui confirmavit bona monasterii, dum abb. Berchtoldus de Urach Romae in concilio Lateranensi esset.

30. III kal. Dominus Ioannes de Isenberg dedit monasterii domum et agros cum aliis pertinentiis in Riegel, 1443.

AUGUSTUS.

20. XIII kal. Beatus Hugo, nobilissima gemma illustrissimumque sidus huius coenobii, 1264, aetatis vero 86, natus 1178, monasterium ingressus 1209, vixit et luxit in hoc loco 55 annis, eius festivitas celebratur 27. Decembris.

SEPTEMBER.

2. IV non. Othilia de Wiswil dedit censum annuum 1324.

14. XVIII kal. Thomas Niper armiger 1473.

16. XVI kal. Fr. Henricus Studer prior.

20. XII kal. Alexander III papa, s. ordinis Cisterciensis, qui suscepit monasterium in apostolicae sedis et divi Petri patrocinium et privilegio monasterii bona tunc acquisita confirmavit 1181. Ioannes Schlögelholtz, iacet in ambitu, 1333.

28. IV kal. Bertha dicta de Yring, a tergo capituli sepulta.

OCTOBER.

4. IV non. Commemoratio dominorum von Danchensvill, quorum sepulchra videntur in caemiterio.

6. II non. Theodoricus von Keppenbach, eius filia Margaretha dedit nobis bona Blashausen.

8. VIII id. Ann. Margaretha de Keppenbach, canonissae monasterii Ottmarsheim, dedit nobis bona penes Antiquum Keppenbach [dicta] Sonnenzill cum omnibus pertinentiis, pratis, silvis, agris etc., ut ann. pro eius familia fieret.

10. VI id. Hugo Stehelin pater Ioannis Stehelin benefactor[is].

13. III id. Henricus Stehelin frater germanus Ioannis Stehelin benefactoris.

14. II id. Anna dicta Helleri, filia domini Ioannis de Munzingen.

20. XIII kal. Burchardus Stehelin frater Ioannis benefactoris.

23. X kal. Georgius von Valkenstein dedit nobis decimas zu Burg 1308.

25. VIII kal. Walterus de Geroltzeck ppos. Strasburgensis, Walteri benefactoris filius.

27. VI kal. Margaretha filia Othiliae de Wiswil benefactricis.

29. IV kal. Commemoratio nobilis familiae de Tibingen, quorum sepulchra plura visuntur in Thennenbach.

NOVEMBER.

1. kal. Gisela de Steinbach 1325.

3. III non. Sophia Hugonis von Isenberg coniunx, benefactrix.

5. non. Heilicka von Geroltzeck, coniunx Walteri de Gerolzeck, benefactrix huius domus.

8. VI id. Commemoratio dominorum de Triberg, quorum sepulchra plura in Thennenbach videntur.

10. IV id. Nicolaus Riefflin 17 Thennenbacensis abbas, iacet in capitulo, 1449.

12. II id. Commemoratio dominorum a Gysenberg, quorum sepulchra plurima visuntur in hoc loco.

14. XVIII kal. Commemoratio dominorum a Stein zu Attenstein, quorum insignia in sepulchralibus lapidibus visuntur.

16. XVI kal. Commemoratio dominorum a Landsberg, quorum sepulchra in circuitu videntur.

18. XIV kal. Commemoratio dominorum a Bernhausen, quorum insignia notantur in sepulchris in ambitu existentibus.

22. X kal. Conradus de Zenningen, tertius huius loci abb., qui ob. bellum intestinum apud Hausen in valle Kenzingana 18 annis exulavit et 26 pie praefuit.

25. VII kal. Lucius III pontifex maximus, qui confirmavit iterum privilegio bona monasterii de novo acquisita sub domino Conrado a Zenningen 1185.

DECEMBER.

5. non. Catharina Schellerin von Kenzingen dedit monasterio aliquot vineas et alia bona 1333.

10. IV id. Belina dicta de Tottenaw, familiaris, 1322.

13. id. Ioannes de Keppenbach 1333.

22. XI kal. Burchardus de Keppenbach, Wollebe Büderman donarunt monasterio aliquot census.

23. X kal. Nobilis domina Agnesa de Gerolzegg, uxor domini Henrici de Triberg, 1335.

26. VII kal. Rudolphus de Zaeringen, nobili ducum familia oriundus,[1] abb. huius loci 5., 1256.

28. V kal. Berchtoldus abb. de Urach et Furstenberg, frater germanus Conradi Villariensis, praesul huius loci quartus.

---

1) *Re vera ex ministerialibus in arce Zaeringen ipsa habitantibus et ab hac arce denominatis fuit.*

V.

DIOECESIS CONSTANTIENSIS REGIO HELVETICA.

NOTAE NECROLOGICAE ET LIBER ANNIVERSARIORUM ECCLESIAE COLLEGIATAE BERONENSIS.

Ecclesia collegiata Beronensis saeculo VIII., ut dicunt, a Berone comite in vico Beromünster, nunc ditionis Lucernensis, condita saeculo XI. a posteris eiusdem Beronis, comitibus de Lenzburg, restaurata est. Necrologium huius ecclesiae non superest, habemus notas tantum necrologicas, quae in calendario directorii chori ante annum 1217 confecti scriptae erant, nunc autem, codice ipso anno 1798 deleto, exstant tantum complura exemplaria recentiora harum notarum, quarum epitomen iam vir summe reverendus Herrgott (Genealogia diplomatica gentis Habsburgicae III, 850—51) ex exemplari anno 1630 scripto evulgavit quasque integras vir clarissimus Theodorus de Liebenau accuratissime (Anzeiger für Schweizerische Geschichte 1882, 4) edidit. Hanc editionem novissimam hoc loco repetivi.[1]

2. Libri anniversariorum ecclesiae Beronensis collegiatae recensiones duae medio aevo scribi coeptae etiamnunc exstant, quarum prior circa annum 1329 inchoata codice membranaceo pulcherrime scripto formae maximae in domo praepositi Beronensis asservato continetur. Hanc recensionem, cuius epitomen Herrgott (l. c. III, 850) iam emisit, anno 1848 vir bene meritus I. V. Herzog canonicus Beronensis (Geschichtsfreund der fünf Orte Lucern, Uri, Schwyz, Unterwalden und Zug VI, 83—157) accurate descripsit et edidit. Recensio altera autem, quae in codice membranaceo formae maximae etiam in domo praepositi asservato saeculo XV. e libro anniversariorum quem diximus transscripta est, nomina nova hic commemoranda notis huius libri non adiecit.

Praeterea recensio exstat a praeposito Ludovico Bircher, qui obiit anno 1640, confecta, cuius hic rationem habere opus non est, cum nihil nisi compilatio minimi pretii sit. Notas necrologicas literis minutis primo loco edidi, nomina in libro anniversariorum priore circa annum 1329 manu prima inscripta literis minutis, continuationes eiusdem saeculo XIV. additas literis minutis latius dispositis et notas saeculo XV. adiectas literis minutis uncis inclusis hic distinguendas curavi.

1. NOTAE NECROLOGICAE.

IANUARIUS.

1. kal. Rudolphus com. ob.
5. non. Ulricus com. ob.
12. II id. Karolus imperator ob. (888).

1) *Anni uncis inclusi postea additi sunt, sed partem quidem eorum iam anno 1564 exstitisse demonstrat R. Cysat scriba reipublicae Lucernensis, qui teste Theodoro de Liebenau nomina nonnulla his annis adiectis ex hoc calendario in chronicon suum transscripsit.*

13. id. Mangoldus de Altpúron pbr. et huius ecclesiae ppos. ob. (1133).
16. XVII kal. Heinricus eps. Lausanensis ob. (1019).
18. XV kal. Rudolphus huius ecclesiae ppos. ob.
29. IV kal. Hemma regina ob. Lútoldus pbr. et huius ecclesiae ppos. ob.

FEBRUARIUS.

21. IX kal. Ulricus com. ob. (anno 1133).

MARTIUS.

2. VI non. Rudolphus com. ob.
24. IX kal. Udda com^{a} ob.

APRILIS.

5. non. Eberhardus huius ecclesiae ppos. ob.

MAIUS.

4. IV non. Ieblo nepos dominorum de Lenzburg ob.
5. III non. Ulricus de Sursee diac. et huius ecclesiae ppos. ob.
21. XII kal. Ottelinus huius ecclesiae ppos. ob.
27. VI kal. Richenza com^{a} ob. (1080).
28. V kal. Notkerus pbr. et huius ecclesiae ppos. ob.

IUNIUS.

2. IV non. Hesso de Goeskon huius ecclesiae ppos. ob. (1123).
20. XII kal. Hoezzelinus huius ecclesiae ppos. ob.

AUGUSTUS.

4. II non. Hartmannus huius ecclesiae ppos. ob.
10. IV id. Ulricus com. ob., qui curtem in Sachslen et praedia quaedam in Hiltisrieden huic ecclesiae donavit.
20. XIII kal. Bero com., fundator huius ecclesiae ob. Ulricus com. de Lenzburg restauravit hanc ecclesiam anno 1036, ditans eam in praediis Ougheim, Magathon, Stouffen, manso in Menzikon, praediis in Kerns cum mancipiis et praediis ad ann. celebrandum in loco isto Beromünster, cum [1] zypho aureo et libro epistolari eburneo, auro suffocato, adhuc manente, evangeliari vero dilapso.
29. IV kal. Diethelmus de Wolhusen huius ecclesiae ppos.

SEPTEMBER.

5. non. Arnolphus com. ob.
30. II kal. Humbertus com. ob. (1156).

OCTOBER.

8. VIII id. Ulricus bonus et summus marchio ob. (1172). [2]

NOVEMBER.

27. V kal. Arnolphus com. ob.

DECEMBER.

11. III id. Adelheidis filia, com^{a} ob. anno 1131.
22. XI kal. Amzo huius ecclesiae ppos. ob.

1) *Sequentia in archetypo manus recentior addidit.* 2) *False, re vera Ulricus fuit Udalricus marchio Rhaetiae, qui anno 856 obiisse dicitur (Anzeiger für Schweiz. Geschichte 1882, 6—7).*

2. LIBER ANNIVERSARIORUM.

IANUARIUS.

1. kal. Anno 1388 Io. de Búttikon Zovingensis et Werdensis ppos. et Beronensis ecclesiarum can.[1]

2. IV non. Prima die lune mensis cuiuslibet per circulum anni seu alia die, que in eodem mense conventius occurerit, agatur memoria Hugonis de Jegisdorf huius ecclesie cani.[2] Katherina de Ruoda ob.[3]

3. III non. Arnoldus miles de Rinach et Agnesa uxor sua ob.[4]

4. II non. Burchardus Pincerna et Berhta uxor sua ob.

7. VII id. Memoria Waltheri de Velthein huius ecclesie cani.[5]

9. V id. Ob. Iohannes Sigrist rector ecclesie Boswil et prebendarius altaris beate Marie virginis huius ecclesie, qui dedit huic ecclesie pelvim cum fusorio et mappa ministranda[m] ad mandatum in Cena Domini perpetuis temporibus.

12. II id. Anno 1355 ob. Arnoldus de Rynach miles.[6]

13. id. Anno 1358 ob. Hartmannus de Ruod huius ecclesie can.[7] Anno 1391 ob. Iohannes de Emptz can. huius ecclesie;[8] hic etiam dedit huic ecclesie Decretales, Sextum et Clementinas, perpetue in libraria ecclesie Beronensis permanenda.

14. XIX kal. Anno 1380 Cuonradus Wenslinger prebendarius altaris Omnium Sanctorum et cellerarius huius ecclesie.[9]

15. XVIII kal. Memoria[10] Uolrici de Arburg huius ecclesie cani.[11] Anno 1313 Iohannes de Búttikon huius ecclesie can. ob.[12] Anno 1364 ob. Iohannes de Rinach miles et anno 1379 ob. Verena de Trostberg uxor sua.[13]

16. XVII kal. Anno 1323 Cuonradus de Goessikon ppos. Werdensis et huius ecclesie can. ob.[14] Anno 1324 magister Wernherus de Woleshoven, huius ecclesie can. ob.[15]

17. XVI kal. Cuonradus nobilis de Bechburg ob.

18. XV kal. Margaretha de Hergensperg ob.

20. XIII kal. Hartmannus de Seconis rector ecclesie in Búren ob.[16]

26. VII kal. Petrus de Kerns huius ecclesie can. ob.[17]

27. VI kal. Cuono de Laugenouwe huius ecclesie can.[18]

28. V kal. Hartmannus de Pfeffikon l. ob.[19]

29. IV kal. Gerdrudis uxor Hartmanni de Pfeffikon ob.[20]

30. III kal. Heinricus de Rinach dec. Basiliensis et huius ecclesie custos ob.[21] Anno 1290 Marquardus de Ruoda thesaurarius huius ecclesie ob.[22] Memoria pie recordacionis Dyetrici de Hallewyl quondam huius ecclesie pposi.[23]

---

1) *Pr. de bonis in Mulwil.* 2) *Haec memoria re vera celebrata est 1. Febr., 24. Martii, 12. Aprilis, 1. Maii, 7. Maii, 2. Iunii, 23. Iunii, 1. Iulii, 1. Augusti, 14. Augusti, 1. Sept., 7. Sept., 28. Sept., 1. Oct., 3. Nov. et 1. Dec. — Obiit autem 12. Aprilis.* 3) *De praebenda eius celebrabitur etiam ann. Uolrici de Ruoda post obitum eius, cui ann° autem addetur, quicquid provenerit de agro dicto Zer Chuon Eichholtz bi dem Badweg, deductis primo 3 β, quos idem ager annuatim cellario reddit.* 4) *Pr. de praedio in Esche, de bono in Blasenberg et de bono in Elmengrin. Memoria Arnoldi celebranda erat die 18. Martii et 7. Decembris.* 5) *Pr. de bono in Grenichon.* 6) *Pr. dat praebendarius beatae Mariae virginis.* 7) *Pr. de prato sito am Buochwald et de bonis in Mesterschwang.* 8) *Pr. de prato nuncupato Bifang prope Melsekon in valle Wigartal et de bonis in Núdorf.* 9) *Dedit modium tritici pro remedio animae suae et Henrici Wenslinger patris sui et Itae matris suae de area contigua domui altaris 11000 Virginum.* 10) *Agitur etiam 12. Febr., 16. Martii, 15. Apr., 16. Maii, 14. Iunii, 16. Iulii, 14. Aug., 14. Sept., 16. Oct., 14. Nov. et 14. Dec.* 11) *Pr. de bonis in Winikon.* 12) *Pr. de bono in Sengen.* 13) *Pr. de bono nuncupato des Múnches guot, sito in villa Rinach.* 14) *Pr. de bonis in Goewense et in Rikenbach.* 15) *Pr. de bono in Gundoltzwile et de bonis in Niderwile.* 16) *Pr. de decima maiori in Endvelt compertinente ecclesiae in Sure.* 17) *Pr. de bonis in Blasenberg.* 18) *Pr. de bono in Linegge.* 19) *Pr. de scopoza sita in Beinwil et de bonis in Gundoltzwil.* 20) *Pr. de bonis in Gundolzwil.* 21) *Pr. de bono in Rinach dicto In der Mettengúpfen.* 22) *Pr. de prato in Wininkon et in Reitenouwe et de cellario et porticu sitis in villa Beronensi, quem quondam possederat dominus Iohannes de Búttikon.* 23) *Pr. de bonis in Sengen.*

FEBRUARIUS.

1. kal. Mechthildis de Pfeffikon uxor Waltheri dicti Truttmann ob.[1] Ita de Seon ob.[2]

2. IV non. Anno 1326 Iacobus de Búttikon huius ecclesie thesaurarius ob.[3]

3. III non. Magister Wernherus Visicus, huius ecclesie can. ob.[4] Anno 1388 ob. magister Iohannes Ebernandi Constanciensis et huius ecclesie can.[5]

4. II non. Huogo et Ruodolfus milites de Hochdorf ob.

5. non. Wernherus ppos. huius ecclesie ob.[6]

9. V id. [Celebratur missa pro salute vivorum Burkardi de Lútishofen rectoris ecclesie in Wangen et huius ecclesie cani.[7]]

12. II id. Ruodolfus de Tribeschon huius ecclesie can. et pbr. ob. Uolricus miles de Jegisdorf et Mehthildis uxor sua ob.[8]

13. id. Proxima feria 2. post dominicam Estomichi agenda est memoria[9] Uolrici de Seeberg huius ecclesie cani.

14. XVI kal. Anno 1369 ob. Marquardus de Ruoda miles.[10] Anno 1380 ob. Waltherus de Clingen dec. Basiliensis et huius ecclesie can.[11]

17. XIII kal. Adilheidis de Wartense ob.[4] Anno 1383 ob. magister Iohannes Lupf, Constanciensis et huius ecclesie can.[12]

21. IX kal. Anno 1396 ob. Iohannes Lútprecht Curiensis et huius ecclesie can.[12]

23. VII kal. Anno 1310 Uolricus senior de Rinach miles ob.[13]

24. VI kal. Ita uxor quondam dicti de Iberg ob.

25. V kal. Adilheidis de Winun ob.[14] [Anno 1425: celebretur missa pro salute vivorum Ruodolfi de Halwil.]

27. III kal. Cuonradus de Brunouwe ob.[15] [Anno 1400, in proxima feria 6. ante festum gloriose virginis Marie, Hermannus de Gruenenberg miles donavit huic ecclesiae dotem cum ecclesia ad ipsam pertinente in Rikenbach cum singulis suis iuribus et pertinenciis.[16]]

MARTIUS.

2. VI non. Ex ordinacione Wernheri Faelsch quondam capi castri Lentzburg celebretur ann. patris et matris eiusdem.[17]

3. V non. Anno 1291 Ulricus incuratus in Pfeffikon ob. Anna de Rogswil cva ob.

4. IV non. [Anno 1453 celebratur missa[18] pro salute vivorum Anthonii Russen sculteti Lucernensis ac eius uxoris Anna de Kússenberg.]

5. III non. Anno 1308 Heinricus de Wile can. huius ecclesie ob.[19] Iohannes de Iegisdorf ob.[20]

6. II non. Anno 1349 Petrus de Dyetenkon huius ecclesie can. ob.

7. non. Hedewigis de Brunouwe ob.[21] Judenta cva de Regensperg ob.[22]

8. VIII id. Iohannes sac. rector ecclesie in Kilchberg ob.[23] Hartmannus de Rinach ob.[24]

9. VII id. Burchardus de Ruswil can. huius ecclesie ob.[25]

10. VI id. Anno 1286 Waltherus de Ratolvingen huius ecclesie can. ob.[26]

11. V id. Mehtildis de Winun ob.[27]

13. III id. Huogo de Pfirt pbr. et huius ecclesie can. ob.[28]

---

1) *Pr. de bonis in Pfeffikon.* 2) *Pr. de bono in Wezwil.* 3) *Pr. de bonis in Etzelwile. — Memoria eiusdem celebranda erat die 5. Maii.* 4) *Pr. de decima in Leimbach.* 5) *Pr. de bonis in Mulwil.* 6) *Pr. de bono in Huprehtingen, de bono in Eiche (600 pisces balchones) et de granario dominorum.* 7) *Pr. ordinavit Burkardus de bono in Mullwil, de curia in Núdorf dicta der Hof in dem Winkel et de bonis in Witwil dictus Kupferschmidts güter, emptis a Nicolao Lemann de annis gratiae suae.* 8) *Pr. de bonis in Wernlingen.* 9) *Agenda erat etiam die 10. Novembris.* 10) *Pr. de bonis in Guntzwil et in Walde.* 11) *Pr. de bonis in Triengen et in Winikon.* 12) *Pr. de bonis in Núdorf.* 13) *Pr. de bonis in Nidrenslierbach et in Swartzenbach.* 14) *Pr. de domo et horto, quem praedicta Adilheidis ecclesiae donavit.* 15) *Pr. de cellario dominorum et de bono in Núdorf.* 16) *Pro memoria sua et Annae de Liele uxoris suae, Petri de Gruenenberg patris et Margaretae de Kyen matris et domini Hentzmanni de Gruenenberg fratris sui et domini Iohannis de Hentschikon et Margaretae Kramerin in honorem et laudem dei omnipotentis et gloriam s. Mariae virginis et omnium sanctorum.* 17) *Dantur 2 fl. in auro de 5 scoposis in Zetzwil, quas idem Wernherus ecclesiae Beronensi contulit.* 18) *Celebratur iterum 30. Iunii.* 19) *Pr. de bonis in Núdorf.* 20) *Pr. de bonis in Grenichon.* 21) *Pr. de granario dominorum et bono in Núdorf.* 22) *Pr. de bono in Swarcenbach.* 23) *Pr. de bono in Sygeboldingen.* 24) *Pr. de scoposa in Muchein.* 25) *Pr. de decima in Leimbach.* 26) *Pr. de bono in Tagamarsellen et in Armense.* 27) *Pr. dat praebendarius in Swarzzenbach de praedio in Columbe.* 28) *Pr. de granario dominorum et praebendario in Swarzzenbach.*

14. II id. Richinza de Seon ob. Ruodolfus dictus Wala ob.[1]

15. id. Celebratur missa pro salute vivorum Thúringi de Arburg quondam ppos^{i} huius ecclesie et can^{i} ecclesie Argentinensis.[2] Dominus Thúringus de Arburg et domina Margaretha com^{a} de Werdenberg, uxor sua legitima, donaverunt et ordinaverunt pro remedio animarum suarum dari singulis annis 6 modios tritici de molendino in Triengen; item etiam ordinavit 1 modium tritici ad altare s. Iohannis de molendino prescripto.

17. XVI kal. Hemma de Oettenberg ob.

18. XV kal. Memoria Ruedgeri de Grenikon huius ecclesie can^{i}.[3]

19. XIV kal. Anno 1353 Iohannes dictus Nordwin de Konstancia, huius ecclesie can. ob.

20. XIII kal. Anno 1310 Mathias de Rinach huius ecclesie can. ob.[4]

21. XII kal. Feria 3. proxima ante dominicam In Palmis ann.[5] Anne de Kússenberg patrisque et matris eius nec non Hermanni Wilpergs[a]) et Wernheri de Kússenberg.

23. X kal. Domina Berhta de Constancia ob.[6]

24. IX kal. B. miles de Esche et Hemma uxor sua ob.[7] Gertrudis de Seon ob.[8] [Anno 1403 ob. Elisabetha de Rinach uxor quondam dapiferi de Diessenhoven, mater Heinrici dapiferi, olim huius ecclesie custodis, doctoris decretorum.]

25. VIII kal. Mechthildis villica de Kúttingen.[9]

26. VII kal. Memoria[10] Iohannis dapiferi de Wolhusen.[11]

27. VI kal. Berhtoldus de Hallewil ob.[12]

28. V kal. Heinricus pleb. Thuricensis, huius ecclesie can. ob.[13]

29. VI kal. Anno 1308 Iohannes de Rinach miles ob.

30. III kal. Anno 1321 Volmarus de Wintertúr huius ecclesie can. ob.[14]

APRILIS.

3. III non. Waltherus l. officiatus claustri et Gerdrud uxor sua ob.[15] Uolricus subdiac. de Gadwil ob.[16]

5. non. Anno 1362 domina Elisabeth de Rinach dicta Kellerin ob.[17]

6. VIII id. Petrus can. et scolasticus huius ecclesie ob.[18]

10. IV id. Anno 1232 Ruodolfus com. de Habespurg senior ob.[19]

12. II id. Hugo de Jegisdorf pbr. et huius ecclesie can. ob.[20]

13. id. Ludewicus com. de Honberg ob.[21] Anno 1328 Wernherus de Schoenenberg huius ecclesie can. ob.[22]

14. XVIII kal. Waltherus dictus Trutman, villicus in Pfeffikon, et Waltherus In dem Garten ob.[23] Anno 1336 Waltherus de Rore huius ecclesie can. ob.[24]

15. XVII kal. Anno 1373 domicellus Petrus de Rinach ob.[25]

17. XV kal. Anno 1268 magister Burchardus de Winnon ob.[26] Petrus de Beinwil prebendarius in Surse ob.[27]

18. XIV kal. Ob. Wernherus de Rinach ppos. ecclesie Thuricensis et huius ecclesie can.[28]

19. XIII kal. Bertholdus de Rinach et Anna de Heidegg uxor eius ob.[29]

20. XII kal. Cuonradus dictus Senno et Mechtildis uxor sua ob.[30] [Anno 1421 ann. Iacobi Höri rectoris ecclesie in Schöftland et huius ecclesie can^{i}.[31]]

---

a) *30. Aprilis nominatur: Hemmannus de Wiltberg.*

1) *Pr. de bonis in Núdorf et Blasenberg et granario dominorum.* 2) *Pr. de decima maiori in Endveld.* 3) *Pr. de bonis in Rinach.* 4) *Pr. de bonis in Eyge, agris Beronensibus in loco dicto Herrn Cuonen Buochholtz et bonis in Gundoltzwile.* 5) *Celebratur etiam feria 3. ante Nativitatem Christi, feria 3. ante festum Pentecostes et feria 3. ante Angariam Crucis autummi.* 6) *Pr. de bono in Hergensperg.* 7) *Pr. de bonis in Pfeffikon.* 8) *Pr. de bonis in Entlibuoch.* 9) *Pr. dant praebendarius Omnium Sanctorum et praebendarius beatae Mariae Magdalenae.* 10) *Agitur etiam 10. Novembris.* 11) *Pr. de bonis in Kulme. Huic memoriae post mortem Burchardi filii praedicti dapiferi adduntur 2 modii tritici.* 12) *Pr. de bonis in Sengen.* 13) *Pr. de bonis in Hochdorf.* 14) *Pr. de bonis in Zetzwil et Phephinkon.* 15) *Pr. de bono in Wile.* 16) *Pr. de scoposa in Sygerswile.* 17) *Pr. de scoposa in Gelfingen.* 18) *Pr. de bono in dem Gerûte apud Walde et de granario dominorum.* 19) *Pr. de bonis in Armense.* 20) *Pr. de decima in Kulme et de granario dominorum.* 21) *Pr. de bonis in Grenichon.* 22) *Pr. de scoposa in Beinwile et bono in Zetzwile.* 23) *Pr. de bono in Gundoltzwile.* 24) *Pr. de bonis in Sura, de prato in Berona sito ze dem Mittlostem Wege.* 25) *Pr. de bono in Rikenbach dicto des Sigristun guot.* 26) *Pr. de curia in Emmoetten.* 27) *Pr. de bonis in Grenichon et Zetzwil.* 28) *Pr. de bonis in Núdorf.* 29) *Pr. de dote in Rikkenbach.* 30) *Pr. de bono in Liele.* 31) *Pr. de bonis in Niderwile.*

21. XI kal. Uolricus de Rota pbr. et huius ecclesie can. ob.[1]

22. X kal. Anno 1232 Dyetricus huius ecclesie ppos. ob. Anno 1363 Panthaleon de Trostberg huius ecclesie can. ob.

23. IX kal. Anno 1303 Berhtoldus de Rinach huius ecclesie can. ob.[2] Petrus de Huobon prebendarius huius ecclesie ob.[3]

24. VIII kal. Mehthildis uxor Wernheri de Rinach militis ob.[4] Hainricus de Hentschikon prebendarius huius ecclesie ob.[5]

25. VII kal. Anno 1287 Marquardus de Baldegge miles ob.[6] Cuonradus subdiac., can. ecclesie Constanciensis ob.[7]

26. VI kal. Berhta filia magistri Hartmanni de Pfeffikon ob.[8] Clementa uxor domini Wernheri de Rinach ob.[9]

27. V kal. Celebratur missa pro salute vivorum magistri Lútoldi de Irflikon, quondam huius ecclesie ppos^i^.[10]

28. IV kal. Henricus rector ecclesie in Sempach ob.

29. III kal. Domina Adilheidis de Pfeffikon ob.[11]

30. II kal. Domina Adilheidis de Rinach ob.[12] Waltherus officialis curie Constanciensis, huius ecclesie can. ob.[13]

MAIUS.

1. kal. Berhtoldus de Seckingen prebendarius ob.[14]

2. VI non. Willebirc de Winon ob.[15] Wandellarius rector ecclesie in Escholtzmat et huius ecclesie can. ob.[16]

3. V non. Hugo de Raperg can. huius ecclesie ob.[17]

6. II non. Wernherus de Rinach miles ob.[18]

8. VIII id. Ob. Iohannes eps. Curiensis et quondam huius ecclesie can.[19]

9. VII id. Magister Nycolaus de Thurego ob.[20] Anno 1335 Ioh. dec. in Núnkilch, huius ecclesie can. ob.[21]

10. VI id. Anno 1363 Iacobus de Rinach ppos. huius ecclesie ob.[22]

11. V id. Anno 1329 magister Petrus de Thurego, huius ecclesie can. ob.[23] Anno 1380 Mathys de Obernrinach armiger ob.[24]

12. IV id. Anno 1266 Berhta de Rinach ob.[25]

15. id. Anno 1382 ob. Ruodol Ribi huius ecclesie ppos.[3]

16. XVII kal. Anno 1314 Uolricus de Richintal huius ecclesie can. ob.

17. XVI kal. Anno 1328 Gerungus de Seconis huius ecclesie can. ob.[26]

21. XII kal. Anno 1353 Iohannes de Schiterberg huius ecclesie can. ob.[27]

22. XI kal. [Anno 1414 ob. Ruodolfus de Hewen quondam huius ecclesie ppos. nec non Argentinensis ecclesie cathedralis thesaurarius.[28]]

24. IX kal. Anno 1318 Dyethelmus de Eichiberg prebendarius s. Katherine ob.[29] Anno 1397 Uolricus Sculteti de Arow huius ecclesie can. ob.[30]

25. VIII kal. Uolricus de Iberg officiatus huius ecclesie ob.

26. VII kal. Chuono de Landenberg huius ecclesie can. ob.

27. VI kal. Anno 1318 magister Nycolaus de Malters huius ecclesie can. ob.[31]

---

1) *Pr. de bonis in Guntzwil.* 2) *Pr. de bonis in Hallewile et in Grenichon et de cellario dominorum.* 3) *Pr. de quodam bono in Núdorf.* 4) *Pr. de decima in Leimbach.* 5) *Pr. de bonis in Winikon.* 6) *Pr. de bonis in Armense. — Memoria eiusdem agenda erat 1. et 24. Martii, 14. Aug., 7. Sept. et 24. Nov.* 7) *Pr. de bonis in Grenichon.* 8) *Pr. de bonis in Gundoltzwile.* 9) *Pr. de bonis in Nidrenrinach et prato in Niderwile.* 10) *Pr. de bonis in der Kalcherren et bono in dem Obern Buocholtz.* 11) *Pr. de bono in Culumbe.* 12) *Pr. de bono in Sura.* 13) *Pr. de bonis in Phephinkon, Ebersol et Niderwile.* 14) *Pr. de bonis in Surse et Eiche.* 15) *Pr. dat praebendarius in Swartzenbach.* 16) *Pr. de bono in Phephinkon.* 17) *Pr. de bonis in Hiltprehtingen.* 18) *Pr. de bono in Rikenbach, quod colit dicta Zuberra, et de plebano in Pheffikon.* 19) *Pr. de bono in Winikon.* 20) *Pr. de bono in Schongow.* 21) *Pr. de bonis in Grenkon.* 22) *Pr. de bonis in Triengen et Kulmerouwa. — Memoria eiusdem agenda erat 10. Martii, 10. Maii, 16. Sept. et 13. Dec.* 23) *Pr. de bono in Zetzwile et Kulumbe.* 24) *Pr. de bono dicto In Buel et bono dicto Cuon Eycholcz.* 25) *Pr. de scoposa in Eye.* 26) *Pr. de bonis in Guntzwile et Armense. — Memoria eiusdem agenda erat 25. Iunii.* 27) *Pr. de granario dominorum et domo et curia domini de Clingin, quam nunc magister Cuonradus Schappel [inhabitat].* 28) *Pr. de decima maiori in Endrelt compertinente ecclesiae in Sure.* 29) *Pr. de bono in Lútwile. — Memoria eiusdem agenda erat 24. Novembris.* 30) *Pr. de bonis in Núdorf et Zeczwil.* 31) *Pr. de scoposa in der Obern Huoba et de bono in Niderwile.*

28. V kal. Uolricus rector ecclesie in Swarzenbach et prebendarius altaris s. Mauricii Beronensis ecclesie ob. Memoria Petri de Boswil quondam rectoris ecclesie in Búrron.

31. II kal. Anno 1313 domina Adilheidis, uxor domini Chuononis de Rinach ob.[1] Anno 1348 Iohannes de Halwil miles ob.[2] Anno 1360 Iacobus de Lindenberg huius ecclesie can. ob.[3]

IUNIUS.

1. kal. Anno 1309 Chuonradus de Landenberg huius ecclesie can. ob.[4]

3. III non. Anno 1303 Waltherus de Velthein huius ecclesie can. ob.[5]

4. II non. Memoria Iohannis de Baldwile huius ecclesie can[i].

5. non. Conradus de Grunczhein prebendarius altaris s. Andree siti in ecclesia Beronensi et Margaritha de Grunczhein ob.[6] Anno 1314 Volmarus de Thomarkilch huius ecclesie can. ob.[7]

7. VII id. Wernherus miles et Ruodolfus fratres de Rinach ob.[8]

8. VI id. Berhtoldus de Wintertûr huius ecclesie can. ob.[9] Anno 1292 Heinricus de Rinach ob.[10]

10. IV id. Ann. Cunradi Gartners officialis quondam huius ecclesie et Margarete uxoris eius.[11]

11. III id. Ann. Uolrici de Zetzwile huius ecclesie officialis uxorisque sue Margarethe de Gundeltingen.[12]

12. II id. Celebretur missa pro salute vivorum Iohannis Tellers dec[i] in Hochdorf et huius ecclesie can[i].[13]

14. XVIII kal. Anno 1361 Iohannes de Búttikon, dictus Hofmeister, miles.[14]

15. XVII kal. Ann. Wernheri de Schenken.[18]

16. XVI kal. Iohannes de Grieshein incuratus ecclesie in Hochdorf ob.[16]

17. XV kal. Uolricus de Kyburg Curiensis eps., quondam huius ecclesie ppos.[17] [Anno 1405 ob. Iohannes de Halwil.[18]]

18. XIV kal. [Celebretur missa pro salute vivorum Iohannis Trullerey ppos[i] Werdensis et quondam huius ecclesie can[i] anno 1436.[15] Ann. Iohannis Trullerey patris et Agnetis matris prefati ppos[i].[19]]

19. XIII kal. Wernherus Pincerna ob.[20] Margareta de Rogswil ob.

20. XII kal. Anno 1381 ob. Eberhardus de Strass olim huius ecclesie can. et thesaurarius.[21]

21. XI kal. [Missa pro salute vivorum Iohannis Wilhelmi de Múlinen quondam huius ecclesie can[i].[22]]

23. IX kal. Iohannes natus quondam Ruodolfi de Halwil militis, huius ecclesie can[i], ob.[23]

27. V kal. Helena de Liebegge uxor domini Uolrici de Rinach.[24] Memoria Uolrici de Rinach militis et Hessonis patris eius.[25]

29. III kal. Petrus de Erlossun prebendarius huius ecclesie.

---

1) *Pr. de bonis in Swarzzenbach.* 2) *Pr. de bono in Anglicon.* 3) *Pr. de bonis in Esche.* 4) *Pr. de bonis in Hochdorf et de novalibus in Bútwil prope Schongouw.* 5) *Pr. de bonis in Hallewile, bono in Grenichon et cellario dominorum.* 6) *Pr. de bonis emptis a domino de Hospental situatis in Winikon et Triengen, de bonis in Niderwil et Gundolczwile.* 7) *Pr. de Wile.* 8) *Pr. de bonis in Núdorf, Blasenberg et Elmengrin.* 9) *Pr. de decima in Leimbach.* 10) *Pr. de advocatia in Huobon.* 11) *Agetur post octavam Corporis Christi proxima die, qua ann[a] celebranda sunt. Pr. post mortem Ioannis Gartner, etiam huius ecclesie officialis, filii praedicti Cunradi, augebitur.* 12) *Pr. de bono in Rinach, quod nunc colit Ruod. Giger.* 13) *Pr. (post mortem decani) de domo eius ab ipso cum area et horto altari s. Thomae apostoli collata celebrabitur post octavam Corporis Christi proxima die, qua anniversaria celebrari possunt. Memoria eiusdem agenda erat 1. Novembris.* 14) *Donavit ad usus fabricae et pauperum aequaliter convertendos 40 fl., altari publico casulam de serico viridis coloris et praebendariis 10 fl., de quibus dantur eisdem 7 β ₰ de bono in Mulwil, quod colit Wernherus Seger.* 15) *Pr. de cellario dominorum et de domo et area incurati in Hochdorf.* 16) *Pr. dat praebendarius in Swartzenbach.* 17) *Pr. de medietate curiae in Obernadelswil quondam Uolrici de Obernrinach, nunc Waltheri de Halwil can[i] huius ecclesie, fratris praefati Iohannis.* 18) *Pr. de decima maiori in Entfelt.* 19) *Fundatum a dicto ppos[o] anno 1436 de scoposa in Kulmerouw.* 20) *Pr. de bonis in Schongoewe.* 21) *Pr. de curia prope Culme et scoposa in Triengen dicta der Bibersteinen guot.* 22) *Pr. de decima maiori in Endvelt compertinente ecclesiae in Sure.* 23) *Pr. de bonis in Búrren emptis a domino Lútoldo de Arburg.* 24) *Pr. de bonis in Hergensberg.* 25) *Pr. de bonis in Nidrenslierbach.*

IULIUS.

1. kal. Berhta de Witwil ob.[1]

3. V non. Richinza filia magistri Hartmanni de Pfeffikon ob.[2]

5. III non. Hedewigis de Rota ob.[3]

6. II non. Celebretur missa pro salute vivorum Ite de Tann.[4]

7. non. Proxima feria post octavam apostolorum Petri et Pauli vacante ab aliis anniversariis et festivitatibus celebrari debet missa pro salute vivorum quamdiu Nicolaus Trütler vixerit, olim huius ecclesie can., post vero eius mortem in eadem ecclesia debet celebrari suum ann.[5]

8. VIII id. Anno[a]) 1386 ann. Leopoldi ducis Austrie et omnium peremptorum coram opido Sempaco.[6]

10. VI id. [Celebretur missa pro salute vivorum Uolrici dappifferi quondam huius ecclesie cani.[7]]

11. V id. Hugo cantor Basiliensis, huius ecclesie can. ob.

12. IV id. [Anno 1419 Iohannes de Héwen ob.[8]]

13. III id. Ob. Iacobus de Vilmaringen officiatus huius ecclesie.[9]

16. XVII kal. Anno 1327 Berchtoldus de Búchein ppos. in Rinveldon et huius ecclesie can. ob.[10] Anno 1332 Ruodolfus de Liebegg ppos. Episcopalis Celle et huius ecclesie can. ob.[11]

17. XVI kal. Bertha uxor Arnoldi dicti Trutman ob.[12]

18. XV kal. Margaretha uxor Heinrici de Altwis officialis huius ecclesie ob.[13]

19. XIV kal. Heinricus de Keutkon huius ecclesie can. ob.[14] [Anno 1433 ob. Petrus Liebinger Basiliensis ecclesie ppos., eiusdem, Constantiensis et huius ecclesiarum can. ob.]

20. XIII kal. Adelheidis de Swarczenbach ob.[15]

21. XII kal. Ulricus de Baldewil sac. ob. Richanna de Honren conventualis in Eschibach vivens constituit in remedium anime sue et omnium benefactorum suorum 1 modium tritici de bono dicto Spieslisguot in Pfeffikon.

22. XI kal. Anno 1309 Uolricus de Ruoda huius ecclesie can. ob.[16] Anno 1365 ob. Iohannes de Lentzburg huius ecclesie can.

23. X kal. Anno 1272 Uolricus de Arburg huius ecclesie can. ob.[17]

24. IX kal. Anno 1271 Waltherus de Hochdorf can. huius ecclesie ob.[18]

25. VIII kal. Anno 1313 Chuono de Rinach miles ob.[19]

27. VI kal. Uolricus de Húgelhein huius ecclesie can. ob.[20]

28. V kal. [Anno 1404 ob. Iohannes de Schyna huius ecclesie thesaurarius.[21]]

31. II kal. Anno 1274 Hesso de Rynach ppos. Werdensis et huius ecclesie can. ob.[22]

AUGUSTUS.

1. kal. Anno 1283 Dyetricus de Hallewile huius ecclesie can. ob.[23]

2. IV non. Celebretur missa pro salute vivorum Waltheri de Hallwile quondam huius ecclesie cani.[24]

5. non. Anno 1392 Heinricus de Tengen Argentinensis et huius ecclesie can. ob.[25] Waltherus de Honrein ob.[26]

---

a) *Scripta est haec nota demum saeculo XV.*

1) *Pr. de bonis in Gundoltzwile.* 2) *Pr. de curia in Armense.* 3) *Pr. de bono in Tieppoltzwile.* 4) *Post obitum eius celebrabitur ann. eiusdem Itae.* 5) *Pr. de bonis in Gundoltzwil emptis a dictis Hentzikon et de agro dicto das Nider Buochholtz.* 6) *Pr. de decima in Entfeld compertinente ecclesiae in Sure.* 7) *Pr. de bonis in Goewense emptis ab Uolrico de Zetzwil.* 8) *Pr. de bonis in Goewemse emptis ab Uolrico de Zetzwil et de bonis in Rikenbach et Niderwil.* 9) *Pr. de bonis in Eye et Gundoltzwil.* 10) *Pr. de bonis in Niderwile, Elmengrin, Ebersol et de areis in villa Beronensi.* 11) *Pr. de bonis in Kulembe.* 12) *Pr. de bonis in Attenwile, Nunnewile, Langenouwe.* 13) *Pr. de curia in Witwil. Huic ann° post mortem Heinrici de Altwis et Elisabeth filie eius superadditur adhuc 1 maltrum aeque de praescripta curia.* 14) *Pr. de bonis in Schongoewe et in Phephinkon.* 15) *Pr. de domo et area Bertschini de Swarczenbach sitis ennunt der Winnon.* 16) *Pr. de bonis in Zezwile.* 17) *Pr. de granario dominorum et de bono in Huobon et de advocatia in Lúdingen.* 18) *Pr. de granario dominorum et prato apud vicarium prope Beronam. — Memoria eiusdem peragenda erat 24. Ianuarii.* 19) *Pr. de bonis in Swarzenbach.* 20) *Pr. de bonis in Sengen.* 21) *Pr. de decima maiori in Endrelt compertinente ecclesiae in Sure.* 22) *Pr. de bono in Blasenberg et in Elmengrin.* 23) *Pr. de bonis in Núdorf et in Armense.* 24) *Pr. de decima maiori in Endrelt compertinente ecclesiae in Sure.* 25) *Pr. de bonis in Núdorf.* 26) *Pr. de bono eius in Hochdorf, quod colit Búrgi von Witwil.*

6. VIII id. Anno 1349 dominus Crafto Castoris de Thurego ob. Ob. Felix dictus Stuki ppos. Constantiensis et huius ecclesie can.
7. VII id. Iacobus minister de Halwile ob.[1] Anno 1348 Waltherus de Halwil natus predicti Iacobi ministri, can. huius ecclesie, ob.
8. VI id. Anno 1393 ob. Cuonradus de Mundrichingen Basiliensis et huius ecclesie can. ob.[2]
9. V id. Sophya de Rinach ob. Anno 1334 Uolricus de Rinach ob.[3]
10. IV id. Anna uxor Hartmanni de Ruoda militis ob.[4]
11. III id. Berhta ob.[5] Ad salutem vivorum Leonhardi de Stubey olim huius ecclesie can[i] dantur de bonis in Núdorf 1 maltrum spelte et 30 β.
12. II id. Anno 1394 ob. Petrus de Gruenenberg olim huius ecclesie can.[6]
14. XIX kal. Anno 1360 Margaretha de Rinach quondam uxor Marquardi de Ruoda militis ob.[7]
15. XVIII kal. Anno 1379 ob. Heinricus de Rinach huius ecclesie can.[8]
16. XVII kal. Anno 1359 ob. Iohannes dapifer de Wolhusen, can. huius ecclesie.[9]
17. XVI kal. Swikerus pbr. et huius ecclesie can. ob.[10] Anno 1388 ob. Hentzmannus de Búttikon armiger.[11]
18. XV kal. [Anno 1406 ob. Herman dictus Wiltperg, civis Lucernensis.]
20. XIII kal. Uolricus com.[12] ob., qui hanc ecclesiam ditavit hiis prediis: Ókein, Magaton, Stouffen, manso in Mentzikon et prediis in Kerns.[13] Ann. domini Mathie de Búttikon, uxoris et filie, anno 1375.[14]
21. XII kal. Anno 1311 Arnoldus de Rinach miles ob.[15]
23. X kal. Anno 1313 Iacobus de Rinach miles ob.[16]
24. IX kal. Ita de Swarzenbach ob.[17]
25. VIII kal. [Celebratur missa pro salute vivorum Heinrici de Hewen, Alberti Plarer, Conradi Plarer, Francisci Offenburg dicti Tyffers, Iohannis Witzig iunioris, Heinrici Schwend, huius ecclesie quondam canonicorum.[18]]
26. VII kal. Waltherus sac. rector ecclesie in Kilchberg ob. Ann. Elysabeth uxoris Ruotzmanni de Rinach nec non ipsius Ruotzmanni et Uolrici fratris sui.[19]
27. VI kal. Iohannes de Winnon ob.
28. V kal. Anno 1383 ob. quondam Iacobus Wiso rector ecclesie in Schoeftlon et huius ecclesie can.[20]
30. III kal. Heinricus de Turri huius ecclesie can. ob.[21]
31. II kal. Celebrari ordinavit ann. suum Petrus de Uotzingen de Lucerna, prebendarius altaris s. Thome apostoli siti in hac ecclesia Beronensi.[22] Celebretur etiam missa pro salute vivorum Wilhelmi de Gundeltingen can[i] huius ecclesie.[23]

SEPTEMBER.

2. IV non. Ann. Heinrici Ribin huius ecclesie can[i] et olim rectoris ecclesie in Schintznach et Iohannis Ribin patris sui et Katherine matris sue, fratrum sororumque suorum (*sic*) et Mechtildis incluse in Rotenburg.[24]

---

1) *Pr. de agris in Lentzburg.* 2) *Pr. de bonis in Núdorf.* 3) *Pr. datur a praebendario altaris s. Mariae Magdalenae de scoposa in Berona.* 4) *Pr. de bono dicto In der Gúppha in Rinach.* 5) *Pr. de bono in Adilswile.* 6) *Pr. de bonis in Núdorf.* 7) *Pr. de bonis in Goewison.* 8) *Pr. de bonis in Triengen.* 9) *Pr. de bonis in Kulme; huic ann° post mortem Burchardi filii praedicti Iohannis adduntur 2 modii tritici.* 10) *Pr. datur a praebendario altaris s. Nicolai de bonis in Togolzwile.* 11) *Pr. de bonis in Britnow.* 12) *B: comes de Lenzburg.* 13) *Pr. de cellario dominorum, area decimae in Leimbach, domo sita prope granarium dominorum, bono in Uffinkon. Huic ann° adduntur de bonis in Sura 5 quartalia tritici, 3 modii siliginis et 1 maltrum avenae ex ordinatione magistri Hermanni, protonotarii dominorum ducum Austriae, cuius et memoria specialis habeatur in missa.* 14) *Pr. de bonis in Britnow et curia dicta Die Trúlleri.* 15) *Pr. de curia in Culumbe.* 16) *Pr. de bonis in Hilffinkon et Elmengrin.* 17) *Pr. de bonis in Elmengrin et Urswil.* 18) *Pr. de decima maiori in Endrelt.* 19) *Pr. dē bonis in Niderwile.* 20) *Pr. de bonis in Búrron emptis a domino Lútoldo de Arburg.* 21) *Pr. de prato in Langenouwe et de agro sito prope villam Beronensem in loco, qui dicitur Ze dem Eichholtz.* 22) *Pr. de curia in Hochdorf dicta Bischoffshoff, quam nunc possident Ulricus Kym et Zezilia Zu der Eich uxor eius.* 23) *Pr. de horreo et area eius nec non horto retro aream eandem. Post obitum eiusdem pro ann° ipsius addentur quaecunque de anno suo gratiae provenire poterunt.* 24) *Pr. de bono dicto In dem Wallenden Wag et de bonis in Núdorf de anno gratiae praefati Heinrici Ribin.*

3. III non. Nycolaus dictus de Fonte officialis huius ecclesie ob.[1]
4. II non. Iohannes de Ratolzdorf huius ecclesie can. ob.[2]
6. VIII id. [Anno 1412 ob. Burkardus de Stouffen Basiliensis et quondam huius ecclesie can.[3]]
9. V id. Hermannus de Hallis can. et cantor ecclesie s. Petri Basiliensis ob.[4] Anno 1398 ob. magister Cuonradus Schappel, quondam huius ecclesie can.[3]
10. IV id. Burchardus pleb. in Baldewile ob. Anno 1349 ob. Uolricus de Kyenberg huius ecclesie can.[5]
12. II id. Anno 1313 Uolricus de Landenberg huius ecclesie ppos. ob.[6]
13. id. Berhtoldus et Chuono fratres de Jegisdorf ob.[7] Anno 1360 ob. Ruodolfus de Ypikon prebendarius huius ecclesie.
14. XVIII kal. Anno 1322 Ruedegerus de Buttensultz rector ecclesie in Grenichon et huius ecclesie can. ob.[8]
15. XVII kal. Anno 1302 Arnoldus de Rinach thesaurarius huius ecclesie ob.[9] Adelheidis de Altwis et Ita filia eius ob.[10]
16. XVI kal. Anno 1335 Albertus de Weidhoven huius ecclesie can. ob.[11]
18. XIV kal. [Anno 1408 ob. Iohannes Witzzig huius ac Zofingensis ecclesiarum can., rector ecclesie in Obernwinterthur.[12] Memoria Iohannis Witzig senioris et Iohannis Witzig patrui eius, olim huius ecclesie canonicorum, et dedit prefatus Iohannes Witzig senior eidem ecclesie quemdam librum continentem hyemalem et estivalem partes horarum canonicalium in hunc modum, quod idem liber alligari debet publice kathena ferrea ad eiusdem ecclesie chorum cum aliis libris ibidem alligatis communitati serviendis.]
19. XIII kal. Anno 1311 Hermannus de Landenberg thesaurarius huius ecclesie ob.[13] Ob. Iohannes Oeschinger dec. in Hochdorf.[14]
20. XII kal. Waltherus de Surse officialis huius ecclesie ob.[15] Diethelmus de Veltheim prebendarius altaris s. Nicolai ob.[16]
22. X kal. Anno 1343 Uolricus de Seberg huius ecclesie can. ob.[17]
23. IX kal. Anno 1384 ob. Heinricus Unger Curiensis et huius ecclesie can.[18]
24. VIII kal. Iohannes Martin pleb. in Richendal ob.[12]
25. VII kal. Anno 1329 Berchtoldus de Wessenberg huius ecclesie can. ob.[19] Anno 1360 ob. Iohannes de Baldegg sac. huius ecclesie can.
26. VI kal. Anno 1360 ob. Iohannes de Tegervelt huius ecclesie can.
28. IV kal. Anno 1272 Ruodolfus de Vroburg huius ecclesie ppos. ob. Iohannes de Werde prebendarius in Swartzenbach.[20]
29. III kal. [Celebretur missa pro salute vivorum Bertholdi Mayster magistri coque (*sic*) Fryderici ducis Austrie et quondam huius ecclesie can^i^.[12]]

OCTOBER.

2. VI non. Nicolaus prebendarius in Swartzenbach ob.[21]
3. V non. Petronella uxor domini Uolrici de Rinach ob.[22]
4. IV non. Agnes uxor Ruodolfi de Iberg ob.[23] Anno 1360 ob. domina Elysabeth de Trostberg, uxor Mathie de Búttikon militis.
8. VIII id. Anno 1333 Uolricus de Ruoda huius ecclesie can. ob.[24] Iohannes de Barr sac. ob.
9. VII id. Anno 1383 ob. Margaretha de Rinach et Verena de Búkein soror eius, filia Petri dapiferi de Wolhusen militis.[25]

---

1) *Pr. de bono in Grenichon.* 2) *Pr. de bono in Hochdorf.* 3) *Pr. de decima maiori in Endvelt compertinente ecclesiae in Sure.* 4) *Memoria eiusdem agenda erat 24. Martii.* 5) *Pr. de scoposa in Núdorf.* 6) *Pr. de bono in Reitenouwe. — Memoria eiusdem agenda erat 19. Februarii et 25. Iunii.* 7) *Pr. de bono in Wernlingen.* 8) *Pr. de bonis in Zezwile.* 9) *Pr. de bono in Elmengrin.* 10) *Pr. de domo sita in media villa Beronensi an der Schala.* 11) *Pr. de bonis in Grenchon et Sura.* 12) *Pr. de decima maiori in Endvelt compertinente ecclesiae in Sure.* 13) *Pr. de bono ze dem Wile apud Saffaton, de granario dominorum et de prato iuxta vivarium.* 14) *Pr. de prato dicto Daz Himelrich.* 15) *Pr. de bono ze dem Geishuse.* 16) *Pr. de bono in Wolffhartzwile, de bono in Ludingen et de area et domo altaris s. Mariae siti in ecclesia Beronensi.* 17) *Pr. de huoba in Ebersol, de bono in Ruedinkon, de bono in Witwile, de bonis in Mulwile et de cellario dominorum. — Memoria eiusdem agenda erat 10. Novembris.* 18) *Pr. de bonis in Núdorf.* 19) *Pr. de bonis in Kulembe.* 20) *Pr. de bonis in Grenkon.* 21) *Pr. de bonis in Werlingen.* 22) *Pr. de bonis in Swarzzenbach.* 23) *Pr. de bonis in Zezwile.* 24) *Pr. de curia in Armense.* 25) *Pr. de bono in Ermense, quod colit Ienuinus Kraft.*

12. IV id. Anno 1309 ob. Uolricus miles de Rinach iunior ob.
14. II id. Magister Iohannes Has scolasticus huius ecclesie et Elizabeth uxor sua ob.[1]
15. id. Anno 1301 Iohannes de Liele huius ecclesie can. ob.[2] Iohannes de Blatzhein ob.[3]
17. XVI kal. Hartmannus de Stouffen huius ecclesie can. ob.[4]
19. XIV kal. Wernherus Pincerna ob.[5] Anno 1343 ob. domina Margareta de Beinwil, uxor Iohannis dapiferi de Wolhusen militis.[6]
23. X kal. Hemma de Sempach ob.[7] [Anno 1426 ob. Rudgerus Pfung preco huius ecclesie et Ursula de Balwil uxor sua.[8]]
24. IX kal. Andreas Vendo pincerna huius ecclesie ob.[9]
25. VIII kal. [Anno 1407 ob. Uolricus Pfungo huius ecclesie can.[10]]
26. VII kal. Heinricus can. et custos ob. Berhta uxor Burchardi Pincerne ob.[11]
27. VI kal. Anno 1352 ob. Iacobus de Rinach dictus de Eggenhein, quondam huius ecclesie can.
28. V kal. Hemma de Úrikon ob.[12]
29. IV kal. Wernherus de Triengen huius ecclesie can. ob.
31. II kal. Anno 1374 ob. domina Adelheidis de Rynach, dicta de Sumenswald.[13]

NOVEMBER.

3. III non. Hugo dictus de Turri huius ecclesie can. ob.[14] Iohannes de Baldewile prebendarius S. Petri et Katherina de Baldwil matertera sua et Katherina de Urswile mater sua et H. scolaris, consanguineus suus, ob.
5. non. Memoria magistri Marquardi dicti Gnurscher de Thurego.[15]
6. VIII id. [Anno 1405 ob. magister Uolricus Burgoewer, arcium professor ac sacre theologie baccalaureus, huius ecclesie can.[16]]
9. V id. Bertha mater Dyethelmi rectoris ecclesie in Obrenkilch ob.
11. III id. Anno 1382 Heinricus Richinen de Núdorf pbr.[17]
15. XVII kal. Anno 1308 Marquardus de Ruoda huius ecclesie can. ob.[18]
20. XII kal. Petrus dapifer de Wolhusen miles et Agnesa de Heidegg uxor eius.[19]
21. XI kal. Celebretur missa pro salute vivorum Hermanni de Liebegge olim huius ecclesie cani.[20]
23. IX kal. Anno 1369 ob. Heinricus de Húnaberg huius ecclesie can.[21]
25. VII kal. Ob. domina Ursula dicta Múnchin, relicta quondam Iohannis de Búttikon dicti Hofmeister, militis.[22]
26. VI kal. [Anno 1403 ob. Hermannus Pfung can. huius ecclesie.[23]]
27. V kal. Memoria Iacobi de Rinach militis.[24] Anno 1360 ob. Iohannes de Búttikon ppos. Zovingensis et huius ecclesie can.
28. IV kal. Arnoldus dictus Trutman officiatus huius ecclesie ob.[25]
29. III kal. [Celebretur missa pro salute vivorum Heinrici de Randegg Constantiensis ecclesie pposi et huius ecclesie quondam cani.[26]]
30. II kal. [Celebratur missa pro salute vivorum Uodalrici dappiferi de Rinfelden, cantoris maioris ecclesie Basiliensis et huius ecclesie olim cani.[27]]

---

1) *Pr. de 2 scoposis in Núdorf dictis Gerungs schuoposs.* 2) *Pr. de bono in Reitenouwe et de cellario dominorum.* 3) *Pr. de bonis in Wetzwil et in Be[rona] et de praebendario s. Katherinae.* 4) *Pr. de decima in Leimbach.* 5) *Pr. de bono in Swarcenbach.* 6) *Pr. de bonis in Kulme.* 7) *Pr. de bono in Elmengrin et de agro in Berona, quem colit dictus Bischof.* 8) *Pr. de bonis in Goewense.* 9) *Pr. data est ab Ita de Tannen uxore eius, datur de granario dominorum.* 10) *Pr. de decima maiori in Endvelt compertinente ecclesiae in Sure.* 11) *Pr. de bonis in Armense.* 12) *Pr. de bono in Armense et area in Hochdorf.* 13) *Pr. in ann^o pro ea et Berhtholdo de Rynach fratre eius celebrando de bonis in Esche, Zezwil et Gundoltzwile.* 14) *Pr. de bono in Schongouw et de bono in Syengen.* 15) *Pr. de areis an dem Bruele, de bono in Syengen et de granario dominorum.* 16) *Pr. de decima maiori in Endvelt compertinente ecclesiae in Sure.* 17) *Pr. de bonis dictis Hospental situatis in Triengen.* 18) *Pr. de bonis in Zezwil.* 19) *Pr. de bonis in Eggerswile.* 20) *Pr. de bonis in Núdorf.* 21) *Pr. de bonis in Winikon.* 22) *Pr. de bonis in Schótz.* 23) *Pr. de domo et areis contiguis Iohannis Wenslingen praebendarii Omnium Sanctorum et de dote ecclesiae in Rikenbach.* 24) *Pr. de bono in Syengen et de bono in Phephinkon.* 25) *Pr. de bono in Guntzwil et de bono in Gundoltzwile. — Memoria eiusdem agenda erat 6. Maii.* 26) *Pr. de decima maiori in Endvelt compertinente ecclesiae in Sure.* 27) *Pr. de annuis censibus, quos dat villa Beronensis de certis bonis, videlicet Winholtz et aliis bonis ibidem, et de decima maiori in Endvelt.*

DECEMBER.

1. kal. Celebratur missa pro salute vivorum Iohannis Huntpis olim huius ecclesie can^{i}.[1] Ann. Waltheri de Mundrachingen et Judenthe uxoris eius nec non liberorum suorum.[2]

4. II non. Anno 1362 ob. Goetfridus de Rinach miles.[3]

5. non. Hemma de Buochs ob.[4] Iohannes Weibel de Berona minister huius ecclesie et Margaretha Hoerin uxor eius.[5]

6. VIII id. Anno 1367 ob. Uolricus Divitis ppos. ecclesie Solodorensis et huius ecclesie can.[6]

8. VI id. Heinricus de Surse prebendarius huius ecclesie ob.[7]

9. V id. Hermannus de Landenberg marschalkus ob.[8] [Heinricus dapifer de Rinfelden can. huius ecclesie.]

10. IV id. [Celebratur missa pro salute vivorum Pauli de Melsach olim huius ecclesie can^{i}.[9]]

12. II id. Ann. Hermanni dapiferi de Diessenhoven olim huius ecclesie can^{i}.[10] [Celebratur missa pro salute vivorum Iohannis dicti Molli, dapiferi de Diessenhofen, quondam huius ecclesie can^{i}.[5]]

13. id. Heinricus de Winon ob.[11]

14. XIX kal. Anno 1302 Hartmannus de Ruoda miles ob.[12]

18. XV kal. Berhtoldus de Seconis huius ecclesie can. ob.[13]

19. XIV kal. Iohannes de Olton ob.[14]

20. XIII kal. Berchta dicta de Múnster, soror Diethelmi prebendarii capelle s. Nicolai. Eberhardus filius Heinrici de Altwis et pincerna huius ecclesie ob.[15]

21. XII kal. Berhtoldus de Hallewil miles ob.[16]

22. XI kal. Ob. Heinricus dapifer de Dyessenhoven, thesaurarius huius ecclesie, anno 1376.[17]

23. X kal. Wernherus de Wolhusen nobilis, huius ecclesie can. ob.[18] Anno 1379 ob. magister Heinricus de Surse, huius ecclesie can. et olim officialis Basileensis.[19]

24. IX kal. Anno 1290 Heinricus minister dictus Trutman ob.[20] [Anno 1407 ob. Waltherus Brixinensis, Constantiensis et Beronensis ecclesiarum can.[21]]

25. VIII kal. Petrus dec. rector ecclesie in Búrron ob.

26. VII kal. Heinricus de Vilmaringen rector ecclesie in Hangstork, huius ecclesie can. ob.[21]

28. V kal. Mehthildis cv^{a} de Angelinkon ob.[22] Wernherus de Tennikon huius ecclesie can. ob.[23]

29. IV kal. Wernherus Pincerna ob.

30. III kal. Richintza de Winnon ob. Dyetricus de Rota ob., qui constituit de redditus boni in Adelbrehtzberg, quod preter ministrationem lampadis in medio chori ad omnes horas arsure 1 cereus honestus ad sacrum officium elevacionis Eucharistie ad publicum altare et ad altare beate Virginis et ad altare beati Iohannis in perpetuum habeatur a custode ministrandus.

---

1) *Pr. de bonis in Triengen.* 2) *Pr. de bono in Birwil, quod colit dicta Grefin.* 3) *Pr. de bono in Gundoltzwile.* 4) *Pr. de agris sitis prope oppidum Sempach in loco, qui dicitur Bossenzinbern.* 5) *Pr. de decima maiori in Endrelt.* 6) *Pr. de bonis in Niderwile et Guntzwil.* 7) *Pr. de bono in Gundoltzwile et bono ze dem Geishuse.* 8) *Pr. de bono in Hiltbrechtingen.* 9) *Pr. de dote in Rykenbach; item ordinarit 32 fl. post obitum suum per haeredes suos dari ad usus fabricae huius ecclesiae fideliter convertendos.* 10) *Pr. de bonis in Núdorf.* 11) *Pr. dat praebendarius in Swartzenbach.* 12) *Pr. de bonis in Grenichon. — Memoria eiusdem agenda erat feria 3. post octaram Pentecostes.* 13) *Pr. de domo, quam ipse extra muros huius ecclesiae aedificaverat.* 14) *Pr. de Tagemarssellen.* 15) *Pr. de curia in Witwil.* 16) *Pr. de bono in Sura.* 17) *Pr. de granario dominorum, de area et domo dicta Raperg, sita prope fontem intra muros ecclesiae Beronensis.* 18) *Pr. de bonis in Zezwil, Armense et Grenichon.* 19) *Pr. de bonis Hospental, videlicet de curia in Kulme dicta Der Bruel. — Memoria eiusdem agenda erat 5. Iunii, memoria patris eiusdem 6. Iunii et ann. matris eius Gertrudis Rösslin 21. Aprilis.* 20) *Pr. de bonis in Schongowe.* 21) *Pr. de decima maiori in Endrelt compertinente ecclesiae in Sure.* 22) *Pr. de bono in Liele.* 23) *Pr. de bonis in Grenichon.*

NECROLOGIUM HABSBURGICUM MONASTERII CAMPI REGIS.

Monasterium duplex, quod pro salute animae Alberti Romanorum regis anno 1308 trucidati Elisabeth vidua eius fratribus et sororibus ordinis s. Francisci loco mortis eius anno 1310 condidit quodque Königsfelden vocavit, anno 1528 Bernenses sustulerunt. Necrologii huius monasterii ordinarii fragmenta, quae iam societas dicta „Antiquarische Gesellschaft in Zürich" asservat, notas hic commemorandas non comprehendunt. Verum necrologium hoc loco edendum esse putavi, quod monasterium Campi Regis iam inde ab incunabulis suis pro gente Habsburgica sola scribere coepit. Est codex membranaceus 12 foliorum, qui nunc in bibliotheca civitatis Bernensis asservatur. Qua ex causa post annum 1331 continuatum non sit, mihi ignotum est. Notae eius a duobus scriptoribus adiectae sunt, quorum alter circa annum 1310 nomina defunctorum ante monasterii initia inscripsit, alter nomina Habsburgensium usque ad annum 1331 mortuorum adiunxit. Hoc necrologium iam anno 1867 viri clarissimi Hermannus et Theodorus de Liebenau (Argovia V, 52—53) ediderunt.

IANUARIUS.

13. id. Anno 1330 ob. serenissimus dominus Fridericus rex Romanorum, regis Alberti filius et regine Elizabeth, fundatricis monasteriorum istorum Campi Regis.

14. XIX kal. Ob. dominus Andreas rex Ungarie, qui fuit conthoralis domine Agnetis, domini Alberti regis Romanorum filia (*sic*) et domine Elizabeth, fundatricis istorum claustrorum.

18. XV kal. Anno 1323 ob. domina Kath. ducissa Calabrie, filia incliti quondam domini Alberti Romanorum regis, sororum dominorum ducum Austrie et Styrie, sepulta in Púlle' apud S. Laurentium domus Fratrum Minorum.

FEBRUARIUS.

3. III non. Anno 1327 ob. illustris dominus, dominus Hainricus dux Austrie et Styrie, filius Alberti Romanorum regis, sepultus hic in ecclesia cum domina Elizabeth matre sua et cum [fratre] suo, domino Lúpoldo.

17. XIII kal. Domina Anna regina Romanorum, consors quondam incliti domini Ruodolfi Romanorum regis ob.

28. II kal. Anno 1326 ob. illustris dominus, dominus Lúpoldus dux Austrie et Styrie, filius Alberti regis Romanorum, hic sepultus cum matre sua domine regine (*sic*) Elizabeth, nostre fundatricis.

MARTIUS.

5. III non. Anno 1329 ob. domina Guota com^a^ de Oetingen, soror dominorum ducum Austrie et Styrie, filia incliti quondam domini Alberti Romanorum regis, hic sepulta in ecclesia cum matre sua domine (*sic*) Elizabet regine, quondam domini Alberti Romanorum regis [consortis, et] cum duobus fratribus suis, scilicet Lúp. et H.

19. XIV kal. Ob. domina Anna ducissa Preslavie, soror dominorum ducum Austrie et Styrie. Ob. domina Blanka.

31. II kal. Anno 1331 ob. domina Elizabet ducissa Austrie, relicta quondam ducis Ottonis, cuius ann. a fratribus et dominabus sollempniter celebrari [debet].

MAIUS.

1. kal. Anno 1308 occisus est serenissimus dominus Albertus Romanorum rex, conthoralis inclite domine Elizabeth regine, fundatricis monasteriorum istorum Campi Regis.

IULIUS.

3. V non. Anno 1307 ob. dominus Ruodolfus rex Boemie, filius regis Alberti, cuius ann. sollempniter hic celebretur.

12. IV id. Anno 1330 ob. domina Elizabeth serenissima regina, relicta regis Friderici Romanorum, filia domini Iacobi regis Arrogonie, sepulta in choro Fratrum Minorum in Wienna.

15. id. Anno 1290 (*sic*) ob. dominus Ruod. Romanorum rex, ann. suum hic celebretur.

OCTOBER.

9. VII id. Ob. domina Elizabecht quondam regina Romanorum, mater domine Elizabecht Romanorum regine, fundatricis nostre.

28. V kal. Anno 1313 ob. domina Elizabet serenissima Romanorum regina, fundatrix nostra in Chúngsvelt.

NOVEMBER.

22. X kal. Ob. fr. Lampertus confessor regine Ungarie.[1]

NOTAE NECROLOGICAE EINSIEDLENSES.

Necrologium monasterii Einsiedlensis celeberrimi, cuius epitomen Herrgott (Genealogia Habsburgica III, 833) edidit, cum teste viro eruditissimo Odilone Ringholz, monacho et tabulario Einsiedlensi, compilatio tantum anno 1644 confecta, non recensio necrologii prioris sit, nobis praetermittendum est, nam notae necrologicae prioribus saeculis in monasterio Heremitarum scriptae, quas auctor ille compilavit, etiamnunc exstant.

Saeculo enim X. exeunte vel saeculo XI. ineunte notae necrologicae calendario codicis membranacci Einsiedlensis, Nr. 319 nunc signati, additae sunt, quas scriptor saeculo XI. nominibus pluribus adauxit. Manus alia autem saeculi XI. notas necrologicas complures in margine martyrologii, quod codice Heremitarum membranaceo, nunc Nr. 236 signato, traditur, inscripsit, quas notas hic B nominari. Notas codici Nr. 319 manu prima adiectas literis maioribus latius dispositis, notas eidem codici a continuatore additas literis maioribus et notas codicis B literis maioribus uncis inclusis notari. Epitomen notarum codicis Nr. 319 iam Grandidier hist. d'Alsace, pièces justif. 268 et Böhmer, Fontes rerum German. IV, 144 ediderunt.

Praeter has notas necrologicas tempore medii aevi in monasterio Einsiedlensi etiam liber anniversariorum exstitit, cuius excerpta tantum a Tschudio in codice „Liber Heremi“ dicto monasterii Einsiedlensis servata sunt. Haec excerpta a P. Odilone quem dixi et a me (vide Neues Archiv VIII, 429) minoris quam par est aestimata sunt, nam ea Tschudium, quamquam excerpta ad aetatis suae linguam composuerit eisque glossas proprio Marte adiecerit, vere non confinxisse, sed vere ex libro anniversariorum, qui sine dubio sub abbate Iohanne de Schwanden saeculo XIV. ineunte inceptus est, hausisse, vir optime meritus Georgius de Wyss (Jahrbücher der Schweiz. Geschichte X, 277—78) probavit. Itaque excerpta Tschudiana, quae Georgius de Wyss accuratissime l. c. edidit, hic in fine repetivi, ex glossis autem, quas Tschudius in margine manuscripti adiecit vel notis a se excerptis superscripsit, eas tantum addidi, quas ex fonte suo prompsisse verisimile est. Dolendum est, quod Tschudius dies obitus paene omnes omisit.

1) *Scilicet Agnetis.*

1. NOTAE NECROLOGICAE.

IANUARIUS.

13. id. Ob. Hilterat. [Burchard abb. ob.]
14. XIX kal. Alericus ob.
15. XVIII kal. Ob. Adala m^a.
22. XI kal. Depositio Meginradi martiris. Commemoratio fratrum . . .
31. II kal. Ob. Adelbold. Ob. Werdmund.

FEBRUARIUS.

6. VIII id. Ita m^a ob.
7. VII id. Ob. Erchanpraeth.
10. IV id. Ob. Berenwarth.
11. III id. Verendus abb. bonę memorię ob.
14. XVI kal. Ob. Mathswinda. Sigifrit. Willa.
15. XV kal. [Alker ob.]
17. XIII kal. Ob. Helanger. Rihcwinus m. ob.
25. V kal. Dominicus ob. Meginfridus ob.
27. III kal. Engilman ob.

MARTIUS.

1. kal. Kerine ob.
2. VI non. Eburwin ob.
12. IV id. Ruodolf ob.
15. id. Engilmar ob. Berenhard ob.
20. XIII kal. Althker l. occisus est.
21. XII kal. Victorinus ob.
26. VII kal. Gundram com. ob.
29. IV kal. Alberich ob.

APRILIS.

1. kal. [Liupret m. pbr. et fr. ob.]
3. III non. Sigrefrid (*sic*) ob.
8. VI id. [Herimannus abb. ob.]
9. V id. [Domna Ita ob.]
13. id. Adelfrid ob.
16. XVI kal. Adam ob.
18. XIV kal. Kerhart ob.
22. X kal. Gisla inclusa ob.
23. IX kal. Castrat ob.
24. VIII kal. Gozpreth ob.
29. III kal. Ebbo l. ob.

MAIUS.

1. kal. Gunzo ob. Manegold ob.
2. VI non. Chuniguntha ob. [Uodalricus ob.]
8. VIII id. Otto imperator ob., ann. Garaman ob.
11. V id. Maiol abb. ob.
13. III id. [Berkert pbr. m. et fr. ob.]
14. II id. Ruodolfus diac. fr. et m.
16. XVII kal. Landold l. ob.

17. XVI kal. Domna Ita ob.
19. XIV kal. Erchanbold ob. [Domna Truta ob.]
22. XI kal. Gamenold eps. ob.
28. V kal. Tiadeland abb[a] ob.
29. IV kal. Hustein ob.
30. III kal. Reginward ob.
31. II kal. Ruodolfus sac. et fr.[a])

IUNIUS.

1. kal. [Hesse pbr. et fr. ob.]
16. XVI kal. Gundalach ob.
20. XII kal. Rambr[eth ob.]
21. XI kal. Willehe[lm] ob.
23. IX kal. Alberich l. ob.

IULIUS.

1. kal. [Vi]gilius ob.
9. VII id. [Rich]frit m[a] ob. [T]iepolt marchio ob.
12. IV id. [Ruo]dolf ob.
13. III id. [Gun]delach ob.
14. II id. [Reginboldus pbr. m. et fr. ob.]
24. IX kal. Engilfrid ob.
25. VIII kal. Stetung ob.

AUGUSTUS.

3. III non. Benedictus eps. ob. Waltrath l. ob.
10. IV id. In bello ad f . . . multi occisi.
14. XIX kal. Eberhardus pater ob. Drudolf ob.
17. XVI kal. Chunigunt m[a] ob.
19. XIV kal. Domna Reginlinda ob.
20. XIII kal. Chuonradus dux ob.
25. VIII kal. Sandaradus abb. ob.
26. VII kal. Adelbertus abb. ob.
27. VI kal. Gebehardus eps. ob.
28. V kal. Ruothardus eps. ob.

SEPTEMBER.

1. kal. Wirdiga m[a] ob.
2. IV non. Rihlint m[a] ob.
3. III non. [Uozelin ob.]
7. VII id. Tietericus eps. ob.
8. VI id. Hezil l. ob.
15. XVII kal. Purchardus abb. ob.
17. XV kal. Reginha[rdus] ob.
19. XIII kal. Manego ob.
22. X kal. Eberhar[dus] ob.
27. V kal. Adelmannus inclusus ob.

OCTOBER.

1. kal. Adelolt ob. Berhere ob.
6. II non. Relatio s. Meginradi de Augia.

[a]) *B: pbr. et fr. ob.*

11. V id. Uota abb[a] ob.
31. II kal. Engilrich inclusus ob. Otto dux ob. Wolfgangi ep[i]. [et decani loci Heremitarum.[a])]

NOVEMBER.

6. VIII id. Crescentius ob.
8. VI id. Gregorius abb. ob.
11. III id. Burghardus dux.
12. II id. Imia m[a]. Gotefrid ob.
16. XVI kal. Engildrut l. ob.
22. X kal. [Kepa ob.]
24. VIII kal. Chuonradus l. . . .
26. VI kal. Chuonradus eps. ob.
27. V kal. [Hupald occisus est.]
30. II kal. Gerhart ob.

DECEMBER.

6. VIII id. Antianus ob. Artrammus ob.
7. VII id. Otto imperator ob.
10. IV id. Heriman dux ob.
11. III id. Lampreht l. ob.
16. XVII kal. Erchanger ob.
25. VIII kal. Domna Juditta.
29. IV kal. Heriger ob.
30. III kal. Eberharth ob.
31. II kal. Engila inclusa ob.

2. FRAGMENTA LIBRI ANNIVERSARIORUM.

IANUARIUS.

Heinricus advocatus de Rapreswile ob. Cal. Ianuarii. Hartmannus eps. Curiensis dedit predia sua Wagen et Eschibach. Eberhelmus de Altbürren[1] dedit Baldachtal. Heinricus eps. Lausannensis, filius Uolrici comitis de Schennis. Com. Lantoldus[2] et Lütgardis uxor eius. Com. Sigboto de Alsatia. Irmengardis de Toggenburg. Com. Fridericus de Bavaria. Hemma abb[a], filia Uodalrici comitis de Schennis.

FEBRUARIUS.

Chuonradus Hunno dedit 3 β et 7 β pro lumine de Bebenberg. Com. Gotfridus dedit Slatta. Heinricus dictus Ronman, pleb. in Obernkilch et Ettiswile, dedit vineam in Erlibach et possessiones in Eredingen et Lengenach ac domum in Sursee. Gisela imperatrix dedit predium in Steinebrunnen. Com. Eberhardus dedit huobam in Baden, cuius filius Thiemo dedit Eredingen. Amazo dedit piscationem bonam in Aquareia, occisus in expeditione Longobardica. Eberhardus abb. Fabariensis dedit Mata et Walterswile.

MARTIUS.

Waltherus de Wediswile m. n. dedit Eberhartswile, in Versines et in Flumnes. Com. Uolricus de Bavaria, Richkarta uxor eius.[3] Com. Hesso et Gisla de Baccanasich uxor eius etc. Domina Irmengardis, mater domini Hermanni abbatis, dedit praedium in Richenbach et molendinum in Ilnowe. Domina Mechthild de Hiltboltswile dedit praedium in Annewiler. Bernhardus dedit Wittenheim, cum

a) *Nota uncis inclusa demum saeculo XVI. addita est.*

1) *In margine: nobilis senior.* 2) *Superscriptum: Zeringen.* 3) *Nomini Richkartae Tschudius adscripsit: mense Aprili.*

quo Erlibach concambiatum est. Helibertus nobilis de Ustro. Domina Gisla de Humbrechtigkon dedit pratum in Sunnenberg. Dietericus de Batzemberg armiger, fuit de familia Ioannis abbatis de Swanden. Dominus Albertus dedit praedium in Buchs. Dominus Erhardus nobilis vir dedit praedium Bosinga. Dominus Reingerus de Ustro, qui fuit advocatus noster, dedit praedium in Kalchoven. Chuonradus de Humbrechtikon dapifer dedit Hurden. Com. Adelberus de Bawaria et com. Eppo frater eius.

APRILIS.

Dominus Hermannus dux adolescentulus, filius Hermanni ducis, benefactoris nostri. Rudolfus de Habsburg eps. Constantiensis ob. anno 1293. Com. Ethich de Baioaria et Willa uxor eius. Com. Uolricus de Schennis et Mechthild uxor eius. Anthonius miles de Rapreswile. Heinricus cellerarius de Britton. Wipertus de Hinderburg m. dedit in Herzewile et in Rüti. Com. Chuonradus ob. Hadbrecht dedit Eroltzheim. Heinricus dedit in Nussboumen et in Siggingen.

MAIUS.

25. VII kal. Notum est omnibus tam futuris quam presentibus, quod frater C. filius Epponis militis de Zecincon constituit, ut fratres de Tobil modium tritici de predio in Opichon pro remedio patris sui et matris sue de Muons et omnium parentorum (*sic*) suorum in die post Nativitatem Iohannis Paptiste (*sic*) dare debent (*sic*) pauperibus annuatim. Fr. Albertus de Truchtolfingen prior huius domus ob.

27. V kal. Domina Anna de Loewenberk.

28. IV kal. Domina Guota uxor Hainrici de Spigelberch ob.

30. II kal. Dominus Burcardus de Heitenowe.

IULIUS.

1. kal. Hainricus won Heittenowe. Sor. Maithildis. Fr. Burcardus de Hove[n].

2. VI non. Burcardus miles de Wengen.[1]

3. V non. Heduwich. Adilh. Húrstarin. Fr. Hirskor commendator in Buobinchon. Fr. Waltherus dictus Phlaster. Hermannus de Wi . . . . Anno 1324 ob. domina Uodelhildis de Altstetten, uxor domini Ruodolfi . . . .

4. IV non. Iacobus. Gerdrut de Wigoltingen.

5. III non. Eberhardus de Hathenow. Hugo de Constancia. Iuzza uxor Ber. de Hittingen.

6. II non. H. liber. Marquardus de Burgelon.

9. VII id. Ob. Waltherus de Marpach.

10. VI id. Adelhaidis de Nencelingen.

11. V id. Dominus Gunrammus de Spiegelberch. Adilh. cvª de Allenwinden. Dominus Olricus de Sunnenberg.

14. II id. Sor. Guota de Wengen. Meht. cvª de Wiele ob.

15. id. Com. Kraft de Thoggenburch. Ob. Margaretha uxor Uol. de Marbach.

18. XV kal. Iohannes dec. in Bussenang ob.

20. XIII kal. Hainricus de Ganderswiler ob. Anna de Dyessenhoven, mater fratris Io. celebrantis in Affoltrangen ob.

21. XII kal. Bertoldus de Dissenhoven. Dominus Diethelmus de Hathenowa. Uolricus de Rimisperch ob.

23. X kal. Burcardus cellerarius. H. dictus Egger. Ob. Ruod. de Fridingen miles.

24. IX kal. Adelhadis.

25. VIII kal. Ruodolfus de Marpach. Wernherus dictus Beteler miles ob. Hainricus de Eschentz miles ob. Cuonr. de Isnegge ob. Heinriches (*sic*) von Breitenacker.

26. VII kal. Fr. Reinherus de Lofin. Ruodolfus vom Tozze ob.

27. VI kal. Eber. Sutor de Betewison.

28. V kal. H. de Herti. Gerbirg . . .

29. IV kal. Mathehilt de Wintertur.

30. III kal. Ob. bruoder Peter der Múnzmeister, ein priester únsers ordens, von Friburg in Brisgoewe.

AUGUSTUS.

1. kal. Uol. Angist. H. de Landegge.

2. IV non. Sor. Gerina Aput Ripam.

3. III non. Meht. de Betchingen ob.

4. II non. Iohannes Maechacilar. Ob. Holricus de Baittlehusen.

5. non. Fr. n. H. de Forse.

7. VII id. C. de Braitenacher. Ob. C. filius Waltheri de Haitnow. Uoli de Hittingen ob.

9. V id. H. de Eiperc.[a]

---

a) *Scriptum: Eͣiperc.*

1) *Pr. de scopozza H. A der Staige.*

10. IV id. Adilh. diu Kelnerin. Geri dicta Kell[er]in de Betewison.

11. III id. Uol. miles de Howen. Cuonradus filius Ruod. de Acinot ob.

12. II id. Adilh. de Buobenkon. Ob. fr. Iohannes de Bruochsel . . . . in Tobeln.

13. id. H. de Hittingen ob. Maithehilt de Urental et Adilhait filia eius.

14. XIX kal. Sor. dicta Hedi An der Staige. Gerdrut Bluvels. Hedewigis dicta Kesselarin.

15. XVIII kal. Wal. An der Wise de Zezicon.

16. XVII kal. Domina Guota A der Egge.

17. XVI kal. Berichda de Vildenrain. Fr. n. H. de Kleinzintobil. Ob. Uolricus de Loenberg miles et Fridrici filii sui. Magister Iohannes dictus Phepherhart de Constantia ob.

18. XV kal. Domina Bertha de Shaize.

19. XIV kal. Ruodegerus Usser der Bunde.

20. XIII kal. Haeidewig von Diezwile.

21. XII kal. Uolricus de Curia ob.

23. X kal. H. dictus Liuzege. Bertha de Rangerswiller.

24. IX kal. Adilhaidis de Burkdorf. Bertoldus dictus Sigerste de Langenowe. Maechthilt Heinriches wirtenne vom Hof.

25. VIII kal. Hiltebrandus de Rans et Meithildis uxor eius. Fr. Bruno.

26. VII kal. Albertus Hovinman. H. Carpentarius de Griezinberc. Ob. Elli Ruedis seligen von Baethingen tochter.

27. VI kal. Dominus Dietricus de Munchwille.[1]

28. V kal. Cunradus.[2]

FRAGMENTA ET EXCERPTA LIBRI ANNIVERSARIORUM ABBATIAE TURICENSIS.

Monasterii sanctimonialibus ordinis s. Benedicti in civitate Turego a Ludovico rege Ostrofrancorum anno 853 conditi, vulgo „Abtei" nuncupati, neque necrologium neque liber anniversariorum ante saeculum XIV. scriptus exstat. Fragmenta et excerpta tantum trium recensionum libri anniversarii saeculis XIV. et XV. inchoatarum in manus venerunt, quarum prima (A) circa annum 1310 scribi coepta et usque in saeculum XV. continuata est. Ex qua supersunt folia membranacea formae maioris, quibus continentur dies 17.—21. Martii, 23.—27. Maii, 10.—15. Novembris, 10.—15. Decembris, iam asservata in codice Nr. 16 Antiquorum Turicensium.

2. Ex libro A saeculo XV. medio recensio nova, a me B vocata, confecta est, cuius folia membranacea formae maioris, quae dies 25.—28. Novembris et 15.—18. Decembris continent, etiam in codice Nr. 16 nunc asservantur. Praeterea breviarium huius recensionis habemus, quod saeculo XVIII. exeunte vir bene meritus Schinzius e codice B ipso, nunc deleto, excerpsit atque in folia 24—30 codicis chartacei Nr. 251 bibliothecae civitatis Turicensis transtulit.

Dolendum est, quod iam Schinzius codicem B integrum non vidit, tum iam excisa fuerunt folia huius codicis, quae dies 4. Ianuarii — 17. Februarii, 28. Februarii — 23. Martii, 26. Martii — 17. Aprilis, 23. Martii — 18. Maii, 24. Maii — 18. Iunii, 20. Iunii—23. Iulii, 2.—12. Septembris, 14. Septembris—7. Octobris comprehenderunt.

1) *Dedit domui 20 marcas et predium, quod solvit 8 modios tritici.* 2) *Contulit s. Iohanni quartale tritici, quod datur de bono Huonswieler dicto, et 6 ₰.*

3. Saeculo XV. exeunte recensio tertia (C) huius libri anniversariorum inchoata est, quam usque ad publicationem monasterii ipsius anno 1524 factam notis novis adauxerunt. Codex ipse periit, excerpta tantum Schinzii foliis 1—23 codicis Nr. 251 inscripta exstant. Schinzii tempore autem codici C iam folia, quae dies 24. Iulii—24. Augusti et 7. Octobris—27. Decembris continuerunt, evulsa erant.

Libri anniversariorum et abbatiae et praeposituræ Turicensis conferti erant nominibus civium Turicensium. Ex quibus nomina tantum gentium clariorum iam ante saeculum XIV. vigentium repetivi, ex familiis vero saeculis XIV. et XV. potentibus illas adiunxi, quae dignitate domicelli (Junker) praeditae erant. Has familias et illas gentes mihi vir de rebus genealogicis et heraldicis Helvetiae illustrandis optime meritus Zeller-Werdmüller Turicensis nominavit, cui facere non possum quin gratias debitas agam. Praeterea nomina rariora recepi, exempli gratia Man uf Ertrich, In dem Schedel, Churlebuz, Gotisgúti etc.

In abbatia et in praepositura Turicensibus praebendae in anniversariis distribuendae ex camera capituli aut ex granario abbatissae sive praepositi persolvendae erant, quam ob rem fundator anniversarii in hanc cameram summam praestitutam (ut fere fiebat, marcam argenti) solvit. Saepissime autem fundator pecuniam non exhibuit, sed pro eadem censum ex domo aliqua vel ex fundo annuatim ferendum, donec summa illa solveretur, assignavit, quem censum saepius in bonum aliud postea transtulit. Itaque in annotationibus censum primum primo loco nominavi et censum translatum sub 2, 3 etc. adieci. Cum autem omnes hi census summa praestituta soluta redempti fuerint, quod scriptores libri anniversariorum verbo „solvit“ aut „nunc de camera capituli, de capitulo“ etc. addito retulerunt, haec additamenta hic repeti opus non fuit.

Notas fragmentorum A manu prima inscriptas literis minutis latius dispositis, continuationes eorundem literis minutis latius dispositis et uncis quadratis inclusis, notas fragmentorum B manu prima inscriptas literis minutis latius dispositis et uncis rotundis inclusis, continuationes eorundem, quae fere omnes saeculo XV. additae sunt, literis minutis, breviarium codicis B a Schinzio confectum literis minutis uncis rotundis inclusis et epitomen codicis C literis minutis uncis quadratis inclusis hic distinxi.

IANUARIUS.

1. kal. [Memoria Elizabeth de Wetzinkon abb^{e} huius monasterii.]

2. IV non. (Rudolfus de Platea ob.[1] Ita relicta Iohannis Löwen ob.) [Benedicta Zoller ob.

3. III non. (Mechtild uxor magistri Beringeri doctoris puerorum ob.[2]) [Rudolfus de Bussnang claustralis monasterii Loci Heremitarum nec non ppos. in Var. Florinus Wala minister abbatie.]

4. II non. [Chunrat miles de Littore. Anna de Keyserstul claustralis huius monasterii ob. Heinricus Castor miles ob.[3]]

5. non. [Cuonradus com. de Balderen ob. Paulina de Kyen uxor Eberhardi Molitoris militis. Margaretha de Halwil uxor Gotfridi Molitoris. Wernherus de Rosnegge nobilis.[4]]

6. VIII id. [Heinricus de Oeltis.]

7. VII id. [Cuonradus de Vico ob.[5]]

9. V id. [Anno 1484 ob. Anna de Höwen abb^{a} huius monasterii.]

11. III id. [Hugo dictus Wollebo.]

12. II id. [Henricus Manesse in Litore. Iohannes de Trostberg miles ob. Iohannes de Wildegge ppos. ecclesie prepositure Turicensis et can. huius monasterii ob.]

13. id. [Eberhardus Muller miles, scultetus. Heinricus Goltstein. Heinricus dictus Gugelberg, procurator nostri capituli ob.]

14. XIX kal. [Magister Waltherus de Wediswile pleb. prepositure Thuricensis. Iohannes Schafflinus senior.]

---

1) *Pr. de decima in Seebach et vinea in Talacher.* 2) *Pr. de vinea eius in Horgen.* 3) *Pr. de Signowe.* 4) *Pr. de Masswanden.* 5) *Pr. de vinea an Rekholderbuel.*

15. XVIII kal. [Wilburgis de Bonstetten claustralis huius monasterii. Margaretha Engelhartin ancilla abbe ob.]

16. XVII kal. [Iacobus Molendinarius miles. Anna uxor Waltheri de Bünishoven militis. Iohannes Thya cantor praeposituræ Thuricensis et huius monasterii can. ob. Adelheidis uxor Hugonis dicti Milchelis.]

17. XVI kal. [Berchta de Tessen nobilis, que dedit 3 ℔. ad casulam. Judenta de Gassen.]

18. XV kal. (Dominus H. de Kilchberg ob.[1]) [Margaretha dicta Zollerin. Mechthild uxor Ulrici militis dicti Bůmbeler.]

19. XIV kal. [Iacobus Muller miles.]

20. XIII kal. (Rudolfus miles de Chyssenach prope lacum Lucernensem ob.[2]) [Henricus de Basselstorf camerarius praeposituræ Thuricensis. Guta relicta quondam R. Molitoris militis. Ludovicus Lodix. Adelheid de Rüssegge claustralis huius monasterii.]

21. XII kal. (Berchta de Oltun.) [Wernherus miles, villicus de Sylenen.]

23. X kal. [Elizabeth uxor Iohannnis de Ysnach. Heinricus Sender antiquior. Iohannes miles dictus Bochsler.]

24. IX kal. [Ulricus de Gutemburg nobilis, qui dedit marcam ad casulam cum rosis. Petrus Nemo praeposituræ et huius monasterii can. ob.]

25. VIII kal. [Ruod. nobilis de Palme. Ita de Zwillinkon. Conradus Schaffli.]

26. VII kal. (Berchta de Thüfen conventualis huius monasterii ob.[3] Hedwig de Walde uxor Rud. Molitoris militis ob.[4]) [Fridricus Lodix.[5]]

27. VI kal. (Hugo dictus Mâc ob.[6]) [Adelheidis de Schneggenburg ob.]

28. V kal. [Katherina uxor sculteti dicti Biber. Gertrudis uxor Iacobi Molendinarii.]

30. III kal. [Margretha uxor Ruod. militis de Lunghoft iunioris. Rudolfus Molendinarius miles iunior.]

31. II kal. [Iohannes miles de Schönenwerd. Ob. Elisabeth de Wissenburg abba huius monasterii.]

FEBRUARIUS.

1. kal. [Adelheit de Platea.]

3. III non. [Memoria Berchtoldi de Stamphibach. Anna de Trachselwalt claustralis huius monasterii. Benedicta de Clingen claustralis huius monasterii ob.]

4. II non. [Berchtoldus de Rüchslinkon. Katharina de Krenkingen.]

5. non. [Heinricus dictus Schlüsselli, can. huius monasterii, anno 1288. Cuonradus de Kramburg miles ordinis Theutonicorum. Cuonradus Prechter can. huius monasterii.]

6. VIII id. [Ottilia de Utzingen claustralis huius monasterii. Rodolfus Molendinarius antiquior miles.]

8. VI id. [Wernherus Boklinus senior ob.[7] Rudolfus de Beggenhoven, qui dedit huic monasterio unum de capitibus 11000 virginum.[8]]

9. V id. [Ulricus de Nünhem ob.]

10. IV id. [Burckhardus Marcius can. huius monasterii ob.[9] Iacobus Dietlo. Katharina de Steinmur claustralis in Vare.]

11. III id. [Rudolfus de Kepfnenach (*sic*) ob. Berchta Münchina ob.]

12. II id. [Ulricus dictus Im Kelre ob.[10] Anna uxor Ortolfi nobilis de Utzingen.]

14. XVI kal. [Eberhardus Molendinarius.]

15. XV kal. [Adelheidis Martina ob.[11] Elizabetha relicta quondam Wernheri Ante Macellum ob. Elizabetha de Utzingen claustralis huius monasterii.]

16. XIV kal. [Cecilia uxor nobilis Ulrici de Rüsegge ob. anno 1285.]

17. XIII kal. [Judenta uxor Ulrici dicti de Schennis. Magister Henricus de Basilea, can. ecclesie praeposituræ Thuricensis, anno 1282.]

18. XII kal. [Iohannes de Basilea. Nicolaus dictus de Wissenburg lapicida ob.]

19. XI kal. [Bukhardus de Talwile cerdo.]

20. X kal. [Heinricus de Tengen can. et quondam pleb. s. Petri. Hedwig de Mundolfingen conventualis in Fare.]

21. XI kal. [Hemma de Wenguo.]

---

1) *Pr. de domo patris eius sita apud Monasterium Dominarum.* 2) *Pr. de vinea uxoris eius sita in Hottingen.* 3) *Pr. de domo et area quondam H. de Insbrugge sitis in Inferiori Villa.* 4) *Pr. de vinea eius sita in Wiedinkon an Schonbuol. — Haec nota 27. Ianuarii repetitur.* 5) *Pr. de Wiedinchon.* 6) *Pr. de praedio coenobii Vare in Slierron.* 7) *Pr. de decima Langenowe.* 8) *Memoria eiusdem ipso virente die 13. Octobris celebranda erat.* 9) *Pr. de decima in Walterspach.* 10) *Pr. de domo et pomario eius in Tellinkon.* 11) *Pr. de Nülistorf.*

22. VIII kal. [Ulricus de Gassen ob.[1] Ruedgerus Manasse miles.[2] Cunradus de Talwile pleb. in Sylo. Elizabeth de Spiegelberg abb[a] huius monasterii ob.]
23. VII kal. [Hermanus de Bonstetten senior nobilis.]
25. V kal. [Fridricus de Herferschwile ob.[3] Ob. Iohannes com. de Tengen et Anna uxor eius, parentes Anastasiae claustralis huius monasterii.]
26. IV kal. [Iacobus miles dictus Retro Macellum.]
27. III kal. [Rudolfus de Wartensee ppos. ecclesie Thuricensis.]
28. II kal. [Fides de Klingen abb[a] huius monasterii ob. anno 1358. Wilhelmus de Watwil can. huius monasterii.]

MARTIUS.

1. kal. [Katharina de Gutenberg claustralis huius monasterii.]
2. VI non. [Margaretha uxor Wilhelmi de Oberwinterthur. Margaretha von der Hohen Staphen ob.]
3. V non. [Heinricus de Cranburg nobilis, can. Argentinensis. Anna dicta Biberlin, uxor Petri dicti Kilchmater ob. Memoria antecessorum Anne Landoldin et maritorum eius quondam Ulrici Edlibach et Iohannis Waldmanni militis.]
4. IV non. [Ulricus de Gassen.]
6. II non. [Waltherus Stagel. Rudolfus de Opfinkon iunior.]
7. non. [Anna de Hohenklingen nobilis, uxor dicti Rudolfi Brun ob.]
8. VIII id. [Mechtild de Wengen ob.]
9. VII id. [Beringerus miles de Wile. Diethelmus de Woloshofen. Hegwidis de Wunnenberg claustralis huius monasterii. Clementa de Signow claustralis huius monasterii.]
10. VI id. [Magister Cunradus de Diechsenhoven subdiac., can. huius monasterii. Iohanna de Krenkingen claustralis huius monasterii ob.]
11. V id. [Iohannes de Swanden abb. Loci Heremitarum.]
12. IV id. [Anna de Fryenstein uxor Ulrici de Rüsegge militis. Vigilie dictorum Heinrici Reyg et Yte uxoris eius ac Iohannis et Ulrici Reyg scabini, fratrum et filiorum supradictorum Heinrici et Yta coniugum itemque Elizabethae Bamfserin uxoris dicti Ulrici Reyg scabini.]
13. III id. [Küngundis de Reiningen. Katharina de Benken. Ann[a] Heinrici Zeigen de Altstetten et Anne uxoris suae et omnium liberorum suorum, Iudoci Jöchen et Rudolfi Zu der Müli ministrorum monasterii Loci Heremitarum.]
14. II id. [Magister Heinricus de Wetgis can. huius monasterii.]
15. id. [Wernherus Wolfleibsch, Wernheri filius. Adelheid relicta quondam Ruod. militis de Kussnach. Iohannes de Sarburg iunior, filius magistri Iohannis de Sarburg, ob. anno 1475. Verena de Mosax claustralis huius monasterii ob.]
16. XVII kal. [Elizabeth de Wetzinkon abb[a] huius monasterii ob. anno 1299.]
17. XVI kal. Berchta dicta Múnchin ob.[4] [Nesa de Hasenburg famula domine de Rúnsegg ob.] [Iohannes Meys scolaris ob. Anna de Yestetten.]
18. XV kal. Walter sac. ob.[5] Ruedgerus Manesse can. et scolasticus prepositure Thuricensis ob. [H. Revel ob.[6] Waltherus de Wettiswil ob.]
19. XIV kal. [Guta uxor Wernheri Wolfleibschen antiquioris.] Albertus miles ob., dictus de Klingenberg. [Ita relicta quondam Friderici iunioris de Toggenburg ob. Anno 1401 Beningnosa (*sic*) de Bechburg claustralis huius monasterii ob.]
20. XIII kal. [Io. de Hottingen miles, scultetus ob.[7] Anno 1377 Elisabet de . . . berg[a]) claustralis huius monasterii ob.]
21. XII kal. [Uolricus de Mazzingen nobilis ob.]
23. X kal. [Heinricus dictus Ante Macellum pleb. huius monasterii. Ruedgerus Manesse miles, quondam can. ecclesie prepositure.]
24. IX kal. (Waltherus de S. Petro ob.[8]) [Iohannes Prechter. Cuonradus Albus.]
25. VIII kal. (Lütoldus de Intwile ob.[9] Amalia de Wolhusen uxor nobilis viri Georii de Hatstatt.) [Rudolfus dictus Glarner.]

---

a) *C: Swentzberg.*

1) *Pr. de Albis.* 2) *Pr. de domo quondam villici de Bünisshofen.* 3) *Pr. de vinea Iohannis In Gassun sita in Rekholterbuel.* 4) *Pr. de domo et area eius.* 5) *Pr. de vinea Fluen, quam habent dicti Wezeln de Zollinkon.* 6) *Pr. de domo eius an der Steingassun.* 7) *Pr. de domo et torculari sitis iuxta turrim eius.* 8) *Pr. de parte vineae in Restelberg dictae das Nidrost Vach, quam colunt dicti Stouben.* 9) *Pr. de vinea in Küsnach.*

26. VII kal. [Berchta filia Ludwici regis, fundatoris nostri monasterii, et abb[a] eiusdem ob.[1]]
28. V kal. [Heinricus puer de Gassen. Mechtildis Turstin mater Bernhardi Turst capellani monasterii nostri ob.]
29. IV kal. [Mechtild de Tyrol abb[a] huius monasterii ob.[2] Anna uxor Heinrici dicti Göldlin ob.]
30. III kal. [Magister Cuonradus de Mure sac., primus cantor ecclesie prepositure Thuricensis. Heinricus Swerter. Iohannes de Ysnach senior ob.]
31. II kal. [Burkhardus dictus Schüpfer, minister Vallis Uranie. Rudolfus Sub Tristega cap. capelle s. Iohannis Evangelistae et Baptistae.

APRILIS.

1. kal. [Burk. de Schönemberg. Heinricus Manesso ppos. prepositurae Thuricensis. Iacobus Reffel.]
2. IV non. [Ruodolfus de Lunghoft miles, scultetus. Anno 1468 ob. Anastasia de Erdpach claustralis huius monasterii.]
3. III non. [Ita relicta quondam N. militis de Rübegge.]
4. II non. [Magister Ulricus de Ysnach, visicus. Mechtildis Löwin.]
5. non. [Burkhardus scultetus ob. Anna dicta Wissin, uxor Rud. Wissen.]
6. VIII id. [Elizabeth uxor Ulrici dicti Wolfleibschen. Cunradus sac. dictus de Vischental, can. Thuricensis, peregit anno 1278. Wernherus dictus de Esche ob. Anno 1467 ob. Swederus de Göttlikon ppos. ecclesie prepositurae.]
7. VII id. [Fr. Otto dictus Manesso de ordine Predicatorum. Ruodolfus Pfungo ob. Adelheidis dicta Milchlina.]
8. VI id. [Margretha de Kramburg uxor nobilis viri Waltheri de Wollhusen, et Marquardus de Wollhusen miles, nobilis, filius ipsius Margarithae ob.]
9. V id. [Fridricus de Ganderschwil, praebendarius thuribuli. Anno 1484 ob. magister Iohannes Häring can. et pleb. huius monasterii.]
10. IV id. [Cunradus dictus de Fürstenberg et Andreas filius suus de Horgen ob. Gotfridus de Hunoberg miles ob. Elizabeth uxor R. comitis de Habspurg.]
11. III id. [Clara uxor Iohannis Molitoris.]
13. id. [Cunradus dictus Wisso, can. huius monasterii.]
14. XVIII kal. [Anna de Kranburg claustralis in Frowenbrunnen.]
15. XVII kal. [Heinricus dictus Schúrhart ob. Lieba dicta Mülni, uxor Rud. dicti Mula institoris ob.]
16. XVI kal. [Judenta mater Heinrici Manessen sacerdotis et can[i] huius monasterii ob. Clara de Arburg claustralis huius monasterii ob.]
17. XV kal. [Adelheidis mater Rud. et Iohannis dictorum Manessen militum ob. Elizabetha relicta quondam Waltheri de S. Petro. Magister Ruedgerus Swendo can. ecclesie prepositurae Thuricensis ob.]
18. XIV kal. [Judenta soror Liebae dictae Múlnin. Ruod. Manesso can. Hugo dictus Bokli subdiac., ppos. ecclesie Imbriacensis, can. huius monasterii, anno 1288.]
19. XIII kal. [Guta uxor Wernheri Sokes. Heinricus de Güttingen abb. Loci Heremitarum ob. Iohannes Störi uff dem Bach.]
20. XII kal. [Heinricus dictus Burdiner ob. Heinricus dictus Wesi.]
21. XI kal. [Fr. Iohannes dictus Störi. Iohannes de Rüti ob.]
22. X kal. (Petrus de Wolhusen abb. monasterii Loci Heremitarum.) [Himela relicta quondam Arnoldi de Erlibach.]
24. VIII kal. [Burkhardus de Sebach ob. Arnoldus de Erlibach ob.]
26. VI kal. [Heinricus de Kranburg nobilis.]
27. V kal. [Wernherus de Platea ob.]
28. IV kal. [Gerlo Madella ob. Mechtildis uxor Rudolfi dicti Pfungen.]
29. III kal. [Wilburgis de Hagenbuch, claustralis huius monasterii. Berchta relicta quondam Iohannis de Basilea. Judenta filia Brunonis. Heinricus filius Marquardi ob. Anna de Wildenstein claustralis huius monasterii.]
30. II kal. [Rudolfus cler. de Kempten. Amalia uxor Alberchti de Bussnang nobilis.]

---

1) *Vigilia eiusdem celebranda erat die 25. Martii ex ordinatione Beatricis de Wollhusen abb[ae]; praebenda autem aucta est ex ordinatione Elizabethae de Wyſsenburg abb[ae].* 2) *Memoria eius celebranda erat 5. Octobris.*

MAIUS.

1. kal. [Heinricus An dem Stade de Honrein. Petrus de Ermetingen sac. Heinricus de Klingenberg ppos. Constantiensis et Thuricensis anno 1279. Rudolf Manesse. Mechthild de Ermetingen.]
2. VI non. [Verena de Baleduno magistri Petri physici mater.]
3. V non. [Heinricus de Moeringen ob. Iohannes Kybo pleb. monasterii. Burkhardus de Seon miles.]
4. IV non. [Elizabeth de Andolfingen. Elizabeth de Rüsegge nobilis, filia Ulrici militis, uxor Ruedgeri Manessen militis. Elizabeth uxor dicti Hoesch.]
5. III non. [Rudolfus Swend ecclesie preposituræ et huius monasterii can. ob.]
6. II non. [Heinricus scultetus, miles, dictus Ante Macellum. Marquardus de Rüsegge. Iohannes dictus Speich pbr., rector ecclesie in Clarona ob.]
7. non. [Cunradus dictus Stettbacher. Eberhardus dictus Müller, filius quondam Iacobi Molitoris militis. Elisabetha de Monsacks claustralis huius monasterii ob. anno 1465.]
8. VIII id. [Cunradus dictus Wollebo ob.]
9. VII id. [Berchta de Vico ob. Petrus dictus Krieg, can. huius monasterii ob.]
10. VI id. [Adelheidis de Wesen ob.]
12. IV id. [Anno 1487 ob. Sibilla de Helffenstein abb[a] huius monasterii.]
13. III id. [Ulrich Edlibach dictus Schüchzer ob.]
14. II id. [Elizabetha uxor Iacobi sculteti Ante Macellum.]
15. id. [Ulricus [de] Lunghoft miles ob. Rudolphus de Ophinkon antiquus ob.]
16. XVII kal. [Cuontza de Louxingen ob.]
17. XVI kal. [Burkhardus de Hottingen miles, scultetus.]
18. XV kal. [Lütgardis uxor Ruod. nobilis viri de Matzingen, militis.]
19. XIV kal. (Berchta relicta quondam Rud. dicti de Fluen.) [Rudolfus Castor ob.]
20. XIII kal. [Adelheidis de Zoll ob.]
21. XII kal. [Berchta uxor Wernheri dicti Marcii ob. Rudolfus Swartzo can. Thuricensis et pleb. in Rumlang. Ofima uxor Hermanni de Bonstetten militis ob.]
22. XI kal. [Ruedgerus de Rumlang can. huius monasterii ob. Memoria Henrici Molitoris can[i] huius monasterii.]
23. X kal. Utcha de Maswanden ob.[1] Anno 1305 Hermannus nobilis de Rûsegga, pleb. huius monasterii ob. [Eberhardus Molitoris. Anno 1444 ob. Heinricus Molitoris can. huius monasterii.]
24. IX kal. H.[a]) Gnúrser antiquior ob.[2]
25. VIII kal. Frid. sac. ob.[3] Chuonradus minister abbatisse ob.[4]
26. VII kal. Adelh. uxor R. Pfungs, filia Wilhelmi A dem Tor[b]) ob.[5]
27. VI kal. Wernherus Clypeator ob. H. filius Uol. Trembellini ob.[6] Uol. dictus Schennis ob.[7] [Iohannes de Rosnegg nobilis, miles ob.]
28. V kal. [Ulricus Fryburger ob. Rudolfus de Lunghoft miles ob.]
29. IV kal. [Berchtoldus Swendo ob. Ob. magister Mathias de Walse, can. et scolasticus ecclesie prepositure Thuricensis.[8]]
31. II kal. [Ulricus de Kranburg claustralis Loci Heremitarum.]

IUNIUS.

1. kal. [Anna dicta Kryegin, uxor Ruedgeri Brunen, ob.]
2. IV non. [Heinricus Peregrinus antiquior.]
4. II non. [Burkhardus de Curia ob.]
5. non. [Rudolfus Molendinarius ob. Berchtoldus pater dominae de Tessen ob. Ita de Spiegelberg claustralis huius monasterii ob.]
6. VIII id. [Beatrix dicta Müllerin conventualis in Schönnis ob. Cunradus dictus Krieg, prebendarius prebende plenarii nostri monasteri.]

a) *C: Heinricus.* b) *C: de Porta.*

1) *Pr. de area quondam Judmani prope domum C. Strúppen.* 2) *Pr. de domo Ber. cementarii.* 3) *Pr. de Wied[inkon].* 4) *Pr. de Adloswile.* 5) *Pr. de domo eius sita iuxta domum Gebini.* 6) *Pr. de possessione dominorum de Búchein sita in Obrenhasle.* 7) *Dedit marcam ad decimam in Langnowe.* 8) *Instituit 8 modios tritici in panes dandos pauperibus, de quibus panibus datur plebano monasterii piscis et 1 quartale, ut memoriam ipsius annuntiet in rotulo seu litera animarum sive defunctorum.*

8. VI id. [Heinricus Biberli ob.]
9. V id. [Waltherus de Klingen nobilis ob. Lienhardus Fries quondam minister huius monasterii.[1]]
10. IV id. [Heinricus miles de Huomlinkon ob.]
11. III id. [Ulricus Scultetus.]
12. II id. [Ulricus dictus Schupfer ob.]
13. id. [Eberhardus de Eppenstein miles ob.]
15. XVII kal. [Judenta uxor Clipeatoris ob. Wernherus Albus ob. Burkhardus dictus de Basselstorf, can. ecclesie prepositure Thuricensis.[2]]
17. XV kal. [Margretha Brunin uxor Iohannis Ruoseckers.]
18. XIV kal. [Cunradus Bok alio nomine Zoller ob. Vildrudis de Bremgarten.]
19. XIII kal. (Wilburg nobilis de Bonsteten ob.) [Burkhardus de Matton. Hugo de Gutemberg nobilis, filius Ulrici, qui dedit 1 marcam ad casulam cum rosis. Wilburgis uxor Chienerii. Iohannes Manesso thesaurarius ecclesie prepositurae. Thürungus de Wolhusen nobilis.]
21. XI kal. [Rudolfus de Rinvelden ob.]
22. X kal. [Petrus Wolfleibscho iunior.]
23. IX kal. [Anna Meigerin de Hochfelden.]
25. VII kal. [Fridericus Sydella ob. Iohannes dictus Muller, filius quondam Iacobi Molitoris militis ob.]
27. V kal. [Ann. subditorum in Barra.]
28. IV kal. [Waltherus de Buchuena ob.]
29. III kal. [Anna de Wolrow uxor Iohannis de Trostberg militis ob.]
30. II kal. [Ulricus Trembellinus l. ob. Elizabeth de Kramburg uxor nobilis viri de Wediswile ob.]

IULIUS.

1. kal. [Lütoldus Gnürser iunior.]
2. VI non. [Magister Hermanus de Stoka, ecclesie Constantiensis et huius monasterii can. Ulricus de Bussnang claustralis monasterii s. Galli.]
3. V non. [Wernherus com. ob. Lieba filia Stagelii ob. Gotfridus Molitor miles ob.]
4. IV non. [Magister Heinricus Marcius, can. huius monasterii ob. Goltburg ob. Iohannes filius Bruehundi militis. Mechtild filia Ulrici [de] Nüheim ob.]
5. III non. [Judenta uxor Cunradi dicti Schüpfer.]
6. II non. [Cunradus villicus in Bürglon vallis Uranie ob. Wernherus Biberli ob. Mya cv^{a} ob.]
7. non. [Ruedgerus Sydella ob. Wilburgis uxor Ulrici Gyel militis, filia C. dicti Wellen militis.]
8. VIII id. [Ann. subditorum in Rüti. Magister Waltherus medicus.]
10. VI id. [Hugo thezaurarius ecclesie prepositure Thuricensis ob.]
11. V id. [Magister Berchtoldus de Stein ob.]
13. III id. [Rudolfus de Matzingen nobilis, miles ob.]
14. II id. [Rudolfus de Wengue ob. Gotfridus de Hünoberg. Rudolfus Molitoris ob.]
16. XVII kal. [Beatrix de Wollhusen abb^{a} huius monasterii ob.]
18. XV kal. [Judenta uxor Heinrici An dem Stadn de Honrein ob. Iohannes Bok, aliâs Zoller, rector ecclesie in Galingen. Heinricus de Eich rector ecclesie in Stein et can. huius monasterii.]
19. XIV kal. [Judenta Madella ob.]
21. XII kal. [Anna uxor Iohannis de Krenkingen militis.]
22. XI kal. [Anno 1443, indictione 6, facta fuit cedes per Switenses et eorum complices circa S. Iacobum usque ad portam vulgariter Rennlweg, in qua succubuerunt nobilis baro Aulbrechtus de Bussnang, Rudolfus dictus Nitfurer, civis Thuricensis,[3] et Iohannes dictus Missner.]
24. IX kal. (Elisabetha abb^{a} ob. Bur. Bruehunt miles.)
27. VI kal. (Rudolfus com. de Raprechtswile ob.[4])
28. V kal. (Heinricus filius Rud. de Opfinkon.)
29. IV kal. (Hugo Sydella.)

1) *Ann. eius, uxoris eius Annae Greffin, filii eius Heinrici Frieſs, quondam can^{i} Imbriacensis, et fratrum, sororum et benefactorum Udalrici Frieſs decretorum doctoris, huius et praepositurae Thuricensis ecclesiarum can^{i}, ex ordinatione huius can^{i} Udalrici celebrandum erat die 31. Martii.* 2) *Pr. de domo Ulrici fratris eius apud Augustinenses.* 3) *Pro ann^{o} eius dedit Anna Widmerin relicta eius 60 ℔. H.* 4) *Pr. de Otinsegil.*

AUGUSTUS.

2. IV non. (Cunradus de Curia miles. Marquardus de Woloshofen.)

4. II non. (Richwinus dec., cap. s. Iacobi in Sylo.)

6. VIII id. (Heinricus Kiener. Iohannes dictus Münch.)

7. VII id. (Katharina uxor Burkhardi de Wartensee militis.)

8. VI id. (Anna uxor Bur. militis de Hottingen.)

10. IV id. (Hiltibrant dictus Merzo. Elisabetha de Mazingen abb^{a} huius monasterii ob. Hermannus de Bonstetten abb. monasterii s. Galli.)

13. id. (Petrus dictus Wolfleibscho. Anna uxor Iohannis Molitoris militis. Margretha uxor Heinrici Bibers militis. Kraft filius Heinrici Bibers militis, can. Beronensis.)

14. XIX kal. (Adelheid de Schrovenstein relicta quondam Heinrici de Insbrugge.)

16. XVII kal. (Judenta relicta quondam Ulrici Schafflini ob.[1])

17. XVI kal. (Judenta mater Ulrici Schaflini plebani ob.[2])

18. XV kal. (Fr. Iacobus de Grunenberg conventualis monasterii Loci Heremitarum. Agnes de Kranberg conventualis huius monasterii ob.)

22. XI kal. (Hugo Manesso senior. Arnoldus de Rinach miles.)

23. X kal. (Ulricus Lodix. Heinricus de Rosenegga nobilis.)

24. IX kal. (Gerundus Lodix diac.)

25. VIII kal. [Otto de Platea diac.]

26. VII kal. [Cunradus de Zwillinkon. Petrus sac., pleb. in Bürglon vallis Uraniae.]

28. V kal. [Ludwicus rex, fundator monasterii ob.[3] Adelheidis uxor Hugonis de Lunghofft.]

29. IV kal. [Magister Heinricus Manesso can. huius monasterii ob. anno 1300.]

30. III kal. [Cunradus de Matten.[4]]

31. II kal. [Magister Waltherus dictus Milcheli.]

SEPTEMBER.

1. kal. (Elisabetha relicta Bur. militis, quondam sculteti, dicti Ante Macellum.) [Cunradus Medicus et uxor sua Berchta. Rudolfus miles dictus Castor, filius Rudolfi iunioris, ob. Elizabetha de Châm.]

2. IV non. [Ludovicus Hösch ob.]

3. III non. [Berchta Mula.]

4. II non. [Hemma Gnürseria. Iohannes Wolfleibscho. Adelheidis uxor quondam Cuntzmani Zoller ob.]

5. non. [Rudolfus Mula diac. Ruedgerus Manesse miles senior. Anno 1496 ob. Veronica von der Hohen Geroltzeck claustralis huius monasterii.]

6. VIII id. [Hugo dictus Milchli.]

7. VII id. [Berchta de Tessen claustralis huius monasterii. Margretha uxor quondam Gotfridi de Rinach militis. Anno 1459 defunctis est Cunradus Elye pleb. huius ecclesie.]

9. V id. [Gertrudis mater Andree dec^{i} s. Petri. Andreas dec. s. Petri.]

10. IV id. [Agnes uxor Iacobi de Liechtnow. Anna de Rottzüns professa huius monasterii ob.]

12. II id. [Katharina uxor Gotfridi de Hünenberg militis.]

13. id. (Anno 1307 ob. Heinricus eps. Constantiensis, natus de Klingenberg.) [Heinricus Marcius miles ob. Heinricus miles, villicus de Kame. Heinricus Meis magister civium ob.]

14. XVIII kal. [Gepa de Wasserbüren. Judenta de Hagenbuch abb^{a} ob.[5] Agnes de Matzingen claustralis huius monasterii ob. Tricesimus Heinrici Spichwart ppos^{i} Zurzacensis et can^{i} huius monasterii. Anno 1439 ob. Iohannes Meis can. et custos ecclesie prepositurae Thuricensis ac praebendatus praebendae plenarii nostri monasterii.]

15. XVII kal. [Anno 1452 Gotfridus huius communitatis . . .[a]) cognomine scultetus ob.]

17. XV kal. [Ulricus Waltheri (*sic*) de Klingen nobilis, miles.]

---

a) *Secutum est verbum, quod iam Schinz legere non potuit*

1) *Pr. de domo et area Iohannis Schaflini sita in Superiori Villa.* 2) *Pr. de domo eius in Superiori villa, quae quondam fuit dicti des Burdiners.* 3) *Vigilia pro eo celebranda erat die 27 ex ordinatione Beatricis de Wolhusen abb^{ae}, et praebenda aucta est per Elisabetham de Wysenburg abb^{am}. Abb^{a} autem Fides de Klingen ordinarit, ut in ann^{o} huius regis „ponatur pannus sericus ad medium chori cum 4 candelis incensis et thuribulo aureo et cruce optima“.* 4) *Pr. de Vogelholz in Urania.* 5) *Pr. de Sebach et de camera capituli.*

18. XIV kal. [Thomas de Belethen Lombardinus. Cunradus de Oltis. Anna de Werdenberg claustralis huius monasterii. Agnes de Maguntzia ob.]

19. XIII kal. [Hermanus de Landenberg thezaurarius ecclesie Beronensis et can. ecclesie Thuricensis. Anna de Bonstetten claustralis huius monasterii ob.]

20. XII kal. [Cuonradus de Gassen.]

21. XI kal. [Rudolfus dictus Müller, filius Iacobi Müller, can. huius monasterii et rector ecclesie in Riegol.]

22. X kal. [Alberchtus Bruno praebendarius thuribuli nostri monasterii.]

23. IX kal. [Elizabeth de Waltgeringen claustralis huius monasterii ob. Syguna de Rosnegg claustralis huius monasterii.]

25. VII kal. [Iohannes de Stettfurt can. huius monasterii et prepositure ecclesie.]

26. VI kal. [Heinricus Manesso sac., can. huius monasterii. Ruegerus Manesse iunior miles.]

27. V kal. [Anno 1466 defunctus est Matheus Nithart decretorum doctor, ppos. ecclesie prepositure et huius ecclesie can.]

28. IV kal. [Judenta relicta quondam Ulrici Trembelin.]

29. III kal. [Elizabeth de Kramburg claustralis huius monasterii.]

30. II kal. [Margretha de Luterbach.]

OCTOBER.

1. kal. [Eberhardus de Tüffen. Rudolfus Krieg antiquior.]

2. VI non. [Stephanus Schwartzmurer sacrista huius monasterii.]

3. V non. [Anna de Attinghusen claustralis huius monasterii.]

5. III non. [Wernherus Ante Macellum. Mya filia Ulrici Trembellis. Cunradus Rüti de Urania. Iacobus Trüber ob. Verena de Klingen claustralis huius monasterii. Cunradus minister abb^{e} de Mazingen.]

7. non. [Wernherus de Basilea. Sophia uxor domini Heinrici Milchlins.]

8. VIII id. (Cunradus miles dictus Albus iunior.)

10. VI id. (Anna de Hetlingen ob. Katharina filia Wilhelmi militis de Porta ob.)

11. V id. (Heinricus filius quondam Iohannis militis de Schönenwert.)

12. IV id. (Wilburgis de Luceria.)

13. III id. (Berchta de Kempton monialis huius monasterii.)

14. II id. (Iohannes de Krenkingen nobilis, miles.)

15. id. (Adelheid uxor Trueberii. Iacobus Bruno armiger ob.[1])

16. XVII kal. (Henricus miles de Schönenwert.)

17. XVI kal. (Elisabetha uxor Heinrici Marcii militis.)

18. XV kal. (Adelheidis de Murchart abb^{a} ob.)

24. IX kal. (Berchta relicta quondam Petri Wolfleibschen antiquioris. Anna uxor Iohannis de Hottingen armigeri, filia Bur. de Rinach militis ob.)

25. VIII kal. (Anna uxor Waltheri de Hünoberg militis ob.[2])

26. VII kal. (Iohannes dictus Löwe ob.)

28. V kal. (Rudolfus de Hottingen rector ecclesie in Kilchberg.)

29. IV kal. (Rudolfus Stagela. Ulricus miles dictus Bumbeler.)

30. III kal. (Margretha de Wolhusen claustralis monasterii in Sekingen.)

31. II kal. (Machtildis de Platea ob.[3] Conradus dictus Schüpher de Urania. Rudolfus de Barre pleb. huius monasterii.)

NOVEMBER.

2. IV non. (Henricus rector ecclesie in Mure et cap. altaris ss. Oswaldi et Iodoci.)

4. II non. (Cunradus de Goessken abb. monasterii Loci Heremitarum.)

5. non. (Türingus abb. monasterii Disertinensis ob.)

6. VIII id. (Heinricus de Gassen ob.)

7. VII id. (Iacobus Molitor can. huius monasterii.)

8. VI id. (Anna de Rosenegg claustralis huius monasterii ob.)

1) *Pr. de horto R. dicti Oelharen in Stadelhofen.* 2) *Pr. de praedio prope Zuge.* 3) *Pr. de decima in Sebach et vinea in Talacher.*

9. V id. Adelh. de Litore soror plebi de Búrglon ob.[1] Anna uxor H. militis de Lunkoft, filia Bur. de Hottingen militis ob.[2] Hermannus de Landemberg miles ob. [Iohannes de Opfinkon ob.]
11. III id. Uolr. de Platea ob.[3] Wern. Wolfleipscho ob.[4] H. de Menidorf pleb. capelle s. Marie Loci Heremitarum ob.
13. id. Hemma ob.[5] Uolr. dictus Wolfleipscho ob.[6] [Magister Uolricus[a]) thesaurarius ecclesie prepositure Thuricensis ob.]
15. XVII kal. [Iohannes de Bonsteten nobilis, can. huius monasterii. Ruod. de Landenberg miles ob. Panthalion filius Ruod. de Landenberg. Pfungo miles ob.[7]]
16. XVI kal. (Heinricus dictus Brechter ob.)
20. XII kal. (Anna uxor Iohannis de Hottingen armigeri, filia Iohannis Molitoris militis.)
21. XI kal. (Cunradus de Curia ob.)
22. X kal. (Lütoldus de Agre ob.)
25. VII kal. (Baltazar de Pelethen ob. Tricesimus Anne de Bussnang abbe huius monasterii.)
26. VI kal. (Magister Swiggerus cyrurgicus.)
27. V kal. (Iohannes de Kranburg nobilis, miles.) Iohannes Aspar aurifaber.
28. IV kal. (Diethelmus de Ulma.[8])
29. III kal. [Iohannes miles de Wezinchon.]
30. II kal. [Margretha relicta dicti Swerter.]

DECEMBER.

1. kal. (Bertha de Schoeninberg ob. Lutholdus Gnürser ob.)
2. IV non. (Adelheid de Pieterlo monialis huius monasterii.)
3. III non. (Roedegerus Manesso. Heinricus marschalcus de Raprechtswile. Rudolfus Glarner sacrista huius monasterii.)
5. non. (Cunradus miles dictus Wello. Elisabetha uxor Ulrici nobilis de Rüsegge. Guta relicta Burchardi de Neisidellon.)
8. VI id. (Magister Rudolfus de Wedeswile, can. huius monasterii.)
11. III id. C.[b]) Milchli ob.[9]
12. II id. H. dictus Wolfleipscho, can. ecclesie prepositure Thuricensis ob.[10]
13. id. Bur. Goltstein pleb. in Altorf ob.[11] [Magister Petrus Visicus ob.] (Brida de Egmatingen.)
14. XIX kal. Memoria Uolr. Bumbelarii militis.
15. XVIII kal. [Burch. de Burgdorf ob.]
16. XVII kal. (Ruodolfus Madella.) Ann. Iohannis Waldman militis et suorum predecessorum.
17. XVI kal. (Uodelhilt uxor Uolr. de Rúsegg nobilis. Uolricus de Rúsegg nobilis.)
18. XV kal. (Burkhardus de Platea ob. Magister Uolricus Wolfleibscho diac. et can. huius monasterii.)
19. XIV kal. (Rudolfus Mollitor ob.)
20. XIII kal. (Ita de Thuphin sanctimonialis in Seckingen. Iohannes filius Hermani nobilis de Bonstetten. Eberhardus de Lupfen nobilis.)
21. XII kal. (Heinricus abb. de Beinwile Basiliensis diocesis ob., qui dedit 3 ℔. ad casulam. Judenta uxor Bur. de Barma ob., que dedit huic monasterio 2 casulas et albam. Elisabeth uxor nobilis viri H. de Kranburg.)
22. XI kal. (Mechtild cva, filia Bur. de Stallinkon dicti Im Hove. Kunigundis de Wasserstelz sanctimonialis huius monasterii ob. Lutoldus Zwicho internecatus in Altorf.)

---

a) *B: Ulricus Wolfleibsch.* b) *B: Heinricus.*

1) *Pr. de Engi.* 2) *Pr. de domo et area praedicti H. militis contigua domui Wern. dicti Biberlins. C autem: de possessionibus dicti Henrici militis sitis in Benklinkon quas Werner dictus Krut colit, quae possessiones sibi in dotem assignatae fuerunt vulgo dictam morgengabe.* 3) *Pr. de decima in Sebach et vinea in Talaker.* 4) *Pr. 1) de domo eius sita prope domum Gnúrsarii; 2) de 3 iugeribus vitium Ruedgeri Brúnen, sitis in Wollishofen, quas colit Iohannes dictus Kloter.* 5) *Pr. de Bintz.* 6) *Pr. 1) de domo et area sitis prope domum Gnúrsarii; 2) de vitibus Ruedgeri Brunen sitis in Wollishoven, quas colit Io. Kloter.* 7) *Pr. de domo et area dictae Cem Tempel.* 8) *Schinzius eundem nominat nobilem.* 9) *Dedit marcam ad decimam Valterspach.* 10) *Pr. de domo eius iuxta domum Gnúrsarii.* 11) *Pr. de decima Langnowe.*

23. X kal. (Hildegardis abb^{a} ob.)
24. IX kal. (Anna uxor Ulrici dicti Walthers nobilis viri de castro Antiquo Klingen.)
27. VI kal. (Septimus Lutoldi Zwiko incurati in Altorf.)
28. V kal. [Heinricus dictus Mure sac., cap. leprosorum in Sylo. Arnoldus de Rinsvelden miles. Benedicta de Bechburg abb^{a} huius monasterii.]
29. IV kal. [Magister Ulricus dictus Spuolo, can. huius monasterii. Margretha de Gransen claustralis huius monasterii.]
30. III kal. [Mechtild de Wunnenberg abb^{a} huius monasterii ob. Mechtild dicta Sigbottin.]
31. II kal. [Judenta de Basilea. Katharina de Minselden.]

NOTAE NECROLOGICAE ET LIBER ANNIVERSARIORUM PRAEPOSITURAE TURICENSIS.

I. In civitate Turico ecclesia collegiata, lingua vernacula Propstei sive Grossmünster nuncupata, quam Karolus Magnus condidisse dicitur, medio aevo viguit. Necrologium huius ecclesiae iamdudum periit, supersunt notae tantum necrologicae ad eandem pertinentes, quarum antiquissimae saeculis X. et XI. usque ad annum 1078 in marginibus codicis martyrologii Bedae, nunc in bibliotheca cantonali Turicensi asservati, a scribis compluribus additae sunt. Quas notas a me A nominatas vir clarissimus Grunauer iam anno 1866 in libro „Aelteste Denkmale der Züricher Literatur, veröffentlicht von Max Büdinger und Emil Grunauer“ accuratissime descriptas edidit. Dolendum est, quod hae notae, quarum partem haud exiguam ex versibus Leoninis compositam esse miramur, foliis ultimis codicis, quibus dies 18. Septembris—31. Decembris continentur, plane evulsis non omnes servatae sunt.

2. Quatuor notae necrologicae (B), quas Büdinger l. c. pag. 81 edidit, non in monasterio S. Galli, ut ille coniecit, sed potius ecclesiae quam diximus martyrologio, quod fol. 163—172 codicis membranacei Nr. 176 eiusdem bibliothecae explet, saeculo XI. adscriptae sunt.

3. Ex notis necrologicis (C) in eadem ecclesia saeculis XII. et XIII. scriptis etiamnunc eae, quae ad menses Ianuarium et Februarium, Maium et Iunium spectant, in codice membranacco Nr. 16^{a} societatis antiquariorum Turicensium asservantur. Harum notarum, quae fere omnes in codice A praefato etiam exstant, epitomen Grunauer item l. c. 74 et 75 edidit.

Notas codici A usque ad annum 937 additas hic literis maioribus, latius dispositis, continuationes eiusdem codicis usque ad annum 1015 literis maioribus, latius dispositis et uncis inclusis, nomina postea usque ad annum 1078 adiecta literis maioribus, notas codicis B necrologicas literis maioribus, uncis quadratis inclusis, et notas codicis C literis maioribus, uncis rotundis inclusis distinguendas curavi.

II. 1. Libri anniversariorum ecclesiae collegiatae Turicensis recensio prima, quam novimus, saeculo XII. scribi coepta et saeculis XII. et XIII. ineunte manibus compluribus continuata, sed saeculi XIII. parte secunda tantum notis singulis et saeculo XIV. ne uno quidem nomine aucta est. Habemus autem folia eadem tantum huius libri anniversariorum a me A nuncupati, quibus iam anno 1525 indices censuum Turicenses vestiverunt quaeque anno 1846 vir optime meritus Ferdinandus Keller ab his indicibus amputavit et una cum fragmentis libri anniversariorum abbatiae Turicensis in codice Nr. 16^{a} bibliothecae societatis antiquariorum recondidit.

2. Saeculo XIV. libri anniversariorum eiusdem eodem tempore duae recensiones et utriusque recensionis duo exemplaria confecta sunt. Cum nomen comitis Kraftonis de Toggenburg, praepositi ecclesiae collegiatae Turicensis, die 7. Martii 1339 defuncti, in his exemplaribus manu prima, sed tamen paulo post adscriptum sit, dubitare non possumus, quin hic praepositus, de ecclesia sua optime meritus, eadem exemplaria simul conficienda curaverit eoque effecerit, ut anniversaria per ecclesiam suam celebranda rite peragerentur et redditus eorundem munirentur.

Exemplar primum in praepositura ipsa cotidie tritum et usque in annum 1524, quo canonici Turicenses doctrinam Zwinglianam amplexi sunt, notis plurimis adauctum, a me B vocatum, codice membranaceo formae longioris et tenuis continetur, qui C/10^d signatus nunc in bibliotheca civitatis Turicensis asservatur. Praeter librum anniversariorum, qui folia 7—100 huius codicis explet, etiam indulgentias praeposituræ datas, indices festorum, indices canonicorum, fundationes anniversariorum etc. amplectitur.

Exemplaris huius recensionis alterius B, libri scilicet anniversariorum cartacei, etiamnunc folium tantum, quo dies 18.—23. Maii continentur, in codice Nr. 28 societatis antiquariorum Turicensium asservatur. Dubitandum non est, quin hoc exemplar alterum, a me B² nuncupatum, confectum sit, ut si exemplar B deperiret, damnum suppleret.

Eiusdem momenti, ut B, est exemplar recensionis alterius quam diximus prius, quod folia 9—178 codicis C 6/698 bibliothecae civitatis Turicensis membranacei formae maioris amplectitur. Quod exemplar a me C nominatum eadem manu, quae B inchoavit, scribi coeptum, pro thesaurario praeposituræ confectum est, quam ob rem multo accuratius, quam B, redditus ex anniversariis solvendos et praebendas alias canonicis in festis sanctorum distribuendas scribae addiderunt. Hoc exemplar etiam usque in saeculum XVI. notis plurimis, quas paene omnes etiam in B eodem tempore addiderunt, adauctum, nunc eis partibus, quibus dies 18.—25. Ianuarii, 1.—4. et 11.—12. Martii, 27.—31. Maii, 1.—3., 6.—7., 28.—29. Iunii, 12. et 23.—25. Iulii, 4.—11. et 24.—25. Augusti, 10.—14. Septembris et 4. Novembris continebantur, excisis, admodum mutilum est.

Hanc iacturam codicis C, qui praeterea indicem redditnum anniversariorum secundum calendarium Romanum dispositum (fol. 179—192) comprehendit, facile ferre possumus, quia exemplar eiusdem pro thesaurario confectae recensionis alterum, a me C² nuncupatum, etiamnunc integrum exstat. Quod exemplar eadem ex causa, ut B² ex B, ex C accurate descriptum codice cartaceo formae maioris C 10^e signato etiam in bibliotheca quam dixi asservatur. Ex eodem notas in C desideratas supplere licet; continuationes tantum saeculi XV. plurimas in C² omissas desideramus, quod damnum levius esse videtur, quia nomina in C² omissa plurima memoratu digna non esse exemplar B demonstrat.

Praeterea canonici Turicenses alios codices necrologicos reliquerunt etiamnunc in bibliotheca civitatis asservatos: indicem festorum per ecclesiam suam peragendorum, in quo ordo anniversariorum descriptus est, librum animarum „Seelzettelbuch" dictum, pro plebano praeposituræ anno 1502 scriptum, librum censuum ecclesiae collegiatae anno 1487 confectum, in quo etiam anniversaria saeculo XV. (ab anno 1415) fundata inscripserunt, et tres recensiones anniversariorum a capellanis praeposituræ celebrandorum saeculo XIV. scribi coeptas. Quos codices nobis rimari opus non fuit, quia notae in eisdem solum servatae pretii minoris sunt, annos obitus tantum in libro anniversariorum pro capellanis scripto additos, qui in libris praeposituræ ipsis desiderantur, in annotationibus meis adieci.

Fragmenta codicis A usque ad saeculi XIII. initia scripta hic literis maioribus, notas eidem codici saeculo XIII. medio et exeunte additas perpaucas literis maioribus, uncis inclusis, nomina in B, C, C² manu prima scripta literis minutis, continuationes saeculi XIV. literis minutis, latius dispositis, et continuationes saeculi XV. literis minutis, uncis inclusis distinxi. Nomina autem civium Turicensium et praebendas in anniversariis distribuendas etiam hic eo modo edidi, quem pag. 538 explicavi.

I. NOTAE NECROLOGICAE.

IANUARIUS.

1. kal. Trutman diac. ob. Albrich diac. ob.[1]
6. VIII id. [Ekkart pbr. ob.]
10. IV id. [Ruodolfus puer ob.]
11. III id. Praeventus loeto Paldbraht committitur alto.
16. XVII kal. Adalbero ppos. et pontifex Regensis ob.
24. IX kal. Flatus Wichardi Tempe possedit Olimpi.
25. VIII kal. En hic spiramen Raboldus misit in Eden.

FEBRUARIUS.

4. II non. Uodalric ob.
6. VIII[a]) id. (Hilteburc ob.)
10. IV id. [Has tenebras caelo linquens se iunxerat Uto.[2]]
11. III id. Engilgerus[b]) l. ob.
14. XVI kal. [Esse manens Perlint mittens istud nihil hausit.]
18. XII kal. Wecel[c]) puer ob. Hinc est subtractus caeli Wezel incola factus.
20. X kal. Acela ob.
21. IX[d]) kal. (Engilge l. ob.)
24. VI kal. (Eppo l. ob.)
27. III kal. Engilmannus pbr. ob.

MARTIUS.

6. II non. [Hic nonis Martis migraverat Igga secundis.]
14. II id. Memoria de costis duabus reliquiarum sanctorum martyrum Felicis et Regulae, quas Hartpertus iussione ducis Herimanni Heremitis misit et sibimet duos dentes tulit, his verbis: si vita monachorum ibidem destruatur, a nullo eorum ultra transferantur, sed a fratribus eiusdem aecclesiae Turicinae potestativae reducantur et in scrinium, unde tolluntur, reponantur. [Amozo diac.[e]) ob.]
21. XII kal. [Utonem sanctus sic fert Christo Benedictus.]
23. X kal. Tieterihc l. ob.
29. IV kal. Hilterat hic fragilis persolvit debita carnis.

APRILIS.

1. kal. [Regnat cum superis Herimannus dux in Olimpis.]
6. VIII id. [Idibus octonis Ekehart migravit Aprilis.] Tietelo l. ob.
9. V id. [Liupret pbr. ob. Quod corpus rexit superis hic Wichar . . .[3]] Mortuus in terris Hiltradus vivit in astris.
16. XVI kal. [Vendicat Uodalrich arcem sibi luminis istihic.
19. XIII kal. [Arnolfus advocatus ob. Fratres Arnolfi memores estote benigni.]
20. XII kal. [Hic domino flatum dedit Engilscalchus in astrum.]
26. VI kal. Hic Albrich l. coenosa carne solutus — Reddidit ex medio, quod viguit domino.

---

a) *False in codice ipso scriptum est: IX id.* b) *C: Engilge.* c) *C: Weczel.* d) *Scriptum est false in codice: XX kal.* e) *Certe non legendum.*

1) *Cui diei haec nota in pagina, quae continet dies 1.—10. Ianuarii, scripta adiicienda sit, incertum est.* 2) *Haec nota 5. Iulii repetita est.* 3) *Dubium est, cui diei haec nota in pagina dies 9.—15. Aprilis complectente scripta adiicienda sit.*

MAIUS.

3. V non. [Vexit crux Christi flatum ducis hinc Herimanni.]

12. IV id. Et anniversarius Liutoldi pb^{i}. Liutolt pbr. ob. Debita naturae Liutolt persolverat hicce.

16. XVII kal. [Tuota ob.] Albericus huius ecclesiae pbr. (qui condonavit huic aecclesiae 8 libros et cetera ornamenta, quae habuit).

19. XIV kal. [Uodelcart ob. do. di.[1]]

27. VI kal. Gota ob.

28. V kal. Adalbero ob.

31. II kal. [Hernostus dux ob.]

IUNIUS.

2. IV non. [Sigehartus ppos. ob. Mortuus in mundo Sigehardus vivit in astro. [Engela ob.]

3. III non. Immo occisus ob.

5. non. [Erihc l. ob.]

6. VIII id. Templum destructum notat hic in tempore luctum.

8. VI id. Ruodinc ob.

1) *Pr. de prato annexo praebendae subdiaconali, quam nunc habet dominus Iohannes Meiger de Baden, sito retro domum cantoriae.* 2) *Pr. de bonis ecclesiae in Zurzach dictis des Scherrers guot, quae nunc habet Io. Bregel, et de prato eius iuxta domum decanatus sito.* 3) *Pr. de bonis ecclesiae in Mellikon.* 4) *Pr. de vinea dicta an Pfaffenhalden, quam nunc habet dominus Nycolaus de Ravenspurg.* 5) *Pr. de bonis ecclesiae in Melstorf. — Manus saeculi XVIII. in margine addidit: ob. 13. Ian. 1319. — Memoria eius celebranda erat die 13. Iulii.* 6) *Pr. de domo domini Cuonradi de Veringen.* 7) *Pr. de domo et area et horto Cunradi dicti Guotman sita in Oerkelinsgasse, et est de pertinentiis dotis ecclesiae.* 8) *Pr. de bonis ecclesiae in Mettingen.* 9) *Pr. de bonis ecclesiae in Sigelinstorf.* 10) *Pr. de bonis ecclesiae in Mellicon emptis ab Iohanne de Keiserstuolt (sic).* 11) *Pr. de agro contiguo pratis nit Kilchen.* 12) *Pr. de praedio ecclesiae in Mellikuon et de granario ecclesiae.* 13) *Pr. de bonis ecclesiae in Mellikuon.* 14) *Dedit 8 ℔ ₰* 15) *Pr. de vinea in Kadelburg dicta an Roeti.* 16) *Pr. de domo et area eius, quam ecclesiae donavit, sita iuxta curiam cellerarii nid Kilchen.* 17) *Pr. de bonis ecclesiae in Kadelburg.* 18) *Ann. debet celebrari in summo altari. Pr. de officio custodiae.* 19) *In fine libri haec nota nunc desideratur.* 20) *Legavit 2 fl. Renenses.* 21) *Pr. constituit de vinea sua sita am Aichwaldun.* 22) *Pr. de domo eius lapidea et horreo, (B: quam nunc habet Ioh. Winkeler) et de bonis in Mellikon emptis a dicto Frien de Rekon et de bonis capellani sitis in Kadelburg. Memoria eius celebranda erat die 18. Septembris.* 23) *Pr. de area et torculari Iohannis Lienhein sita am Gerspach existente de pertinentiis dotis ecclesiae Zurzacensis in Kadelburg, quam idem Ioh. coluit.*

tradidit vineam suam, quam colit Petrus Grafe in Zurzach, dictam der Grisse.[1]

27. III kal. Cuonradus et Burck. de Mettingen ob.[2]

28. II kal. Waltherus nobilis de Clingen ob. Anno 1348 ob. Cuonradus de Frowenvelt pbr. can. huius ecclesie.[3] Verena uxor Ruedgeri de Mandach ob.[4]

MARTIUS.

4. IV non. Anno 1388 ob. fr. Conradus de Oeschingen commorans in silva Wirnalingen, ibidem deo servivit circa spacium 30 annorum, qui hic requiescit.

5. III non. Iohannes custos sac. et can. huius ecclesie ob.[5] Wilhelmus de Mandach ob.[6]

6. II non. Anno 1337 Eberhardus de Núkirch dec. huius ecclesie ob.[7]

8. VIII id. Katherina de Wassersteltz nobilis ob.[8] Berchtoldus de Rinach miles ob.[9]

10. VI id. Ruod. dictus de Buchs sac.[10]

12. IV id. Anno 1464 ob. Iudocus Ulmer de Cella Ratolfi pleb. in Clingnow.[11]

14. II id. Iohannes miles de Endingen[a]) ob.[12] Cuonradus de Aych[ain] miles, C. filius suus, Cuonradus de Yedungzhein armiger, uxores eorum, pater eorum, mater eorum, avi et ave magistri Cuonradi de Aychain, can[i] huius ecclesie ob.[13]

18. XV kal. Iohannes de Meskilch sac. can. ecclesie Lútenbacensis dyocesis Basiliensis ob., qui tradidit ecclesie nostre cyphum argenteum.

19. XIV kal. Benedicta de Krenkingen nobilis.

20. XIII kal. Anno 1365 ob. magister Otto de Rinegge, can. et vic. Constantiensis, ppos. huius ecclesie.[14]

22. XI kal. Anno 1325 ob. Ber. de Yestetten pbr. can. huius ecclesie.[15]

23. X kal. Iohannes Legnów sac. can. huius ecclesie ob. anno 1453.[16]

24. IX kal. Elizabeth quondam uxor legitima Ottonis ducis Austrie [et] Styrie ob., cuius ann. celebratur, sicut in fine libri habetur.[17] Memoria Berchtoldi incurati in Horwen.[18]

25. VIII kal. Memoria fratris Ber. de Guotenburg nobilis ob. (*sic*).[19]

27. VI kal. Cuonradus de Salenstein miles ob.[20] Anno 1333 ob. Ruod. de Monteforti eps. Constantiensis.[21]

28. V kal. Clara uxor Ruod. de Rinach militis ob.[22]

31. II kal. Hedwig dicta Zem Tor de Wintertur ob.[23]

---

a) *B: Hedingen.*

1) *Pr. de decima Gaessler.* 2) *Pr. de agris sitis in Superiori Mettingen dictis Talakern, non colitur (B: de bonis ecclesiae ibidem).* 3) *Pr. de vinea Waltheri Ellend an Durhalden empta ab Iohanne Wydmer, Verena Vierling et dicta Ellendin vetula et de vinea Iohannis dicti Ellend an Dürhalden empta ab Elsina dicta Lútis et dicto Habrer et de omnibus bonis immobilibus Iohannis Unfrid, quousque idem Iohannes redimet 4 ℔. ₰.* 4) *Pr. de bonis eius, quousque dabuntur 3 ℔. (B).* 5) *Pr. de possessione Cuonradi dicti Rober in Melstorf (B: de decima Gaessler).* 6) *Frater eius Ruogerus dat 1 quartale tritici, quod redimere potest 3 ℔. (B: de agro in Tiergarten, quem habet Eggenberg, etiam dantur 2 quartalia tritici de curia in Torlikon).* 7) *Pr. de praedio ecclesiae in Obernendingen et de prato dicto des Graven Wiz, ze der Sinwelen Wiz (B: et de prato dicto Walthers Ellende Wise).* 8) *Pr. de bono ecclesiae in Rekkon.* 9) *Pr. de possessione ecclesiae in Melstorf.* 10) *Pr. de area et domo Iohannis dicti Grueninger.* 11) *Dedit fabricae ecclesiae in Zurzach 4 fl.* 12) *Pr. de praedio ecclesiae in Lienhein (B: de bonis in Mellikon).* 13) *Pr. de domo lapidea et aliis bonis pertinentibus officio cantoriae.* 14) *Pr. de bonis ecclesiae sitis in Vilmandingen emptis ab Hermanno de Griesfshein milite (B: de bonis ecclesiae in Loucheringen).* 15) *Pr. de praedio ecclesiae in Zurzach, quod colit H. Ysenburg.* 16) *Dedit 60 ℔. H. pro 2 modiis tritici perpetuo dandis de decimis ecclesiae, 1 ℔. H. perpetui census de prato in Burg [dicto] die Teller, empto a dicto Bregel, ut pro sacrificio missae hostiae emantur, 11 fl. pro calice argenteo praepositi in Wislikon, quem sui sucessores possunt redimere pro tali summa florenorum, et fabricae domum cum hortis et agris dictam Uff den Sydelen, quam inhabitavit, quae vendita est pro 74 fl. Calicem praedictum 20½ uncias argenti habere, manus coaeva adscripsit.* 17) *Haec nota in fine libri nunc desideratur.* 18) *Dedit 8 ℔.* 19) *Pr. de praedio ecclesiae in Mellikon. — B: Fr. Bertoldus de Guotenburg ob.* 20) *Pr. de praedio ecclesiae in Lienhain.* 21) *Pr. de possessionibus ecclesiae in Clingnôw uff dem Hennenmunt emptis ab Uolrico Nuelenberg (B: de bonis Nuelenberg).* 22) *Pr. de possessione ecclesiae in Melstorf.* 23) *Dedit 3 ℔., quibus empti fuerunt clavuli (B: pr. de bonis in Loucheringen).*

APRILIS.

1. kal. Anno 1340 eps. Frisingensis[1] ob., cetera requirantur in instrumento donacionum et ordinacionum eius sigillato sigillis ppos^{i} et ministri Constantiensis.[2] H. dictus de Úlingen ob.[3]

3. III non. Anno 1293, feria sexta Pasce, ob. Ruodolfus de Habspurg eps. Constantiensis, instaurator huius ecclesie.

4. II non. Ortlieb de Tettingen sac. et Hartliebus frater suus ob.[4]

7. VII id. Elizabeth de Krenkingen nobilis uxor domini Hainrici de Tengen ob.[5] Magister Nycolaus Naso, olim can. huius ecclesie et ppos. Ymbriacensis.[6]

8. VI id. Uolricus de Sempach sac. can. huius ecclesie ob. anno 1314.[7] Diethelmus de Krenkingen nobilis ob. Maech. uxor Ottonis de Úlingen militis ob.[8]

9. V id. Magister Iohannes Glasarii[a]) can. ecclesie Constantiensis.[9]

10. IV id. Iohannes de Rod rector ecclesie in Baldingen ob.[10]

11. III id. Hyltpoldus dec. de Lengnang ob.[11]

16. XVI kal. Uolricus de Tettingen sac. can. huius ecclesie ob.[12]

17. XV kal. Uolricus dictus Burdiner de Thurego ob.[13] Anno 1409 ob. Uolricus Wifs, alias dictus Pur de Watertingen, servus proprius ecclesie nostre, de quo successit (*sic*) ab hereditate ipsius ecclesie nostre 300 ℔. H.[14]

18. XIV kal. Nota, quod anno 1430 portavimus sarcofagum s. Verene, et fuit tunc tercia feria Pasce, et illi de Brugg fuerunt hic.

20. XII kal. Anno [14]90 ob. Seboldus Seng cantor et can. huius ecclesie,[15] dedit 60 fl. pro decantando Salve Regina singulis vigiliis beatissime Marie virginis atque diebus sabatorum tempore quadragesimali, pro quibus 60 fl. reemptus (*sic*) est decima in Reckouw.

22. X kal. Ortliebus de Tettingen ob.[16] Nobilis vir Berchtoldus de Aicheim miles et Elizabeth de Monteforti uxor eius ob.[17]

23. IX kal. Gysela, Guota et Yta de Tegervelt nobiles ob.

27. V kal. Hainricus de Porta subdiac. can. huius ecclesie ob.[18] Anno 1322 Cuonradus Wysse ppos. huius ecclesie sac. ob.[19]

28. IV kal. H. dictus Schâffhuser pbr. incuratus in Swertzen ob.

MAIUS.

2. VI non. Ortliebus de Tettingen ob.[20]

3. V non. Heinricus de Porta miles ob.[21] Dedicatio capelle in Burg, que consecrata est anno 1425.

---

a) *B: Glaser.*

1) *B: C. de Clingenberg eps. ecclesie Frisingensis.* 2) *B: cetera requirantur in fine libri (ibidem nunc haec nota desideratur).* 3) *Pr. de agro sito in Endingen, quem Otto de Úlingen miles, pater ipsius, sibi comparavit ab Iohanne dicto Fryen uz Betznow.* 4) *Pr. de bonis dicti Rôber de Melstorf.* 5) *Dedit 2 ℔. ₰, quas habet aedificium (B: pr. de bonis ecclesiae in Loucheringen).* 6) *Dedit 1 modium tritici census, pr. de horreo dictae Aernin et de agro dicto Ysenburg by der Trenki.* 7) *Pr. de praedio ecclesiae in Endingen.* 8) *Pr. de agro sito in Endingen, quem emit ab Iohanne dicto Früen uzzer Betznow.* 9) *Pr. datur per avunculum eius, magistrum Thomam Lantwin, can. huius ecclesiae, donec 2 ℔. redimetur.* 10) *Dedit 30 β.* 11) *Dedit 30 β (B: pr. de bonis in Loucheringen).* 12) *Constituit dari 9 quartalia tritici de domo sua et prato annexo, quorum duo hic dantur, 2 in commemoratione sua, quae est in vigilia s. Galli [15. Octobris], 2 in ann^{o} patris, 2 in ann^{o} matris et 1 in ann^{o} Gerdrudis „alumpne sue". (B: pr. de domo praebendali, quam nunc habet dominus Thomas.)* 13) *Pr. de domo magistri Io. de Emmerrach sita in cimiterio.* 14) *Pr. de decima Gaessler, quae empta fuit per illam pecuniam.* 15) *Pr. de decimis, ut in fine libri plenius continetur (ibidem haec nota autem desideratur).* 16) *Pr. dat decanus ratione 2 agrorum sitorum versus Rekon, ut in instrumento habetur.* 17) *Pr. de domo lapidea, horreo, vineis et aliis bonis immobilibus magistri Cuonradi de Aicheim, can^{i} huius ecclesiae, annexis praebendae altaris s. Georii.* 18) *Pr. de domo eius, quam aedificavit sumptibus propriis in cimiterio, et de prato, quod comparaverat a dicto Graven, annexo horto praepositi, et de horto eius domui praedictae contigua et ratione anni gratiae eius de granario. (B: pr. de domo eius praebendali, quam nunc habet Iohannes Winkeler can.)* 19) *Pr. de possessionibus emptis ab Uolrico Nuelenberg de Clingnow an dem Hennenmunt ratione fructuum anni gratiae eius et de granario.* 20) *Pr. de vinea Eroltzrúti (B: quam colit villicus enant Surbe). Constituit etiam dari ½ seumam vini albi in vigilia beatae Verenae de vinea sub Rupibus, quam possident C. dictus Waltran et Iohannes frater eius.* 21) *Pr. de domo H. quondam filii eius, can^{i} huius ecclesiae.*

4. IV non. Iohannes Cellerarius advocatus in Núkilch.[1]
7. non. Berchtoldus sac. incuratus in Clôten ob.[2]
8. VIII id. Iohannes dec. in Rifflinswile et Adelh. soror eius.[3] a)
13. III id. Anno 1445 ob. Iohannes Keller de Engen ppos. huius ecclesie sac.[4]
16. XVII kal. Waltherus de Rossberg custos ecclesie s. Iohannis Constantiensis.[5]
19. XIV kal. Diethelmus de Porta ob.[6]
21. XII kal. Cuonradus Dietheln Fúrst de Cuontzenberg nobilis ob.[7]
22. XI kal. Hiltrudis de Yestetten inclusa in Rinhein ob.[8]
24. IX kal. Anno 1392 ob. Nycolaus de Ravenspurg can. et cellerarius huius ecclesie.
30. III kal. Gerdrudis de Guotenburg nobilis ob.[9]
31. II kal. Anno 1466 Heinricus Brun can. ecclesie ss. Felicis et Regule prepositure Thuricensis et quondam can. subdiac. huius ecclesie pro remedio et salute animarum sue, patrum ac matrum, suorum progenitorum[10] dedit, legavit et cum magna devocione ordinavit craterum suum argenteum clippeo suo suorumque progenitorum signatum in decorem (*sic*) domus ac ecclesie s. ac beate virginis Verene pro laudabili conservacione venerabilium sanctorumque eiusdem s. virginis aliarumque multarum ac diversarum reliquiarum presentibus Swedero de Goetlikon scolastico, Hermanno decano, magistro Nicolao Rechburger et Bartholomeo Burgower ss. Felicis et Regule ac s. Verene prepositurarum ecclesiarumque canonicis.

IUNIUS.

1. kal. Anno 1463 ob. Iohannes Weczel can. huius ecclesie et rector in Clarona.[11]
2. IV non. Uolricus de Mandach pbr. ppos. ecclesie s. Thome Argentinensis ob.[12]
3. III non. Uolricus de Porta pleb. in Griesshein.[13] Richentza cv[a] inclusa in Rinhein ob.[14]
7. VII id. Memoria Elizabet de Aichein deo devote.[15]
9. V id. Cuonradus sac. pleb. in Wirnshain, frater Alberchti decani huius ecclesie ob.; memoria Auendrudis (*sic*) b) matris eorum.[16]
10. IV id. Burk. de Salunstain subdiac. noster can. ob.[17]
11. III id. Anno 1364 ob. Agnes ducissa Austrie, quondam regina Ungarie, fundatrix, instauratrix et dotatrix monasterii Campi Regis; memoria Andree quondam regis Ungarie, mariti sui.[18]
12. II id. Elizabeth uxor H. de Mandach militis ob.[19] Bertoldus Steimar miles ob.[20]
15. XVII kal. Iacobus de Clingnôw sac. pleb. in Snaisank.[21] Nycolaus rector ecclesie in Baldingen ob.[22]

---

a) *Haec nota in A (sed non in B) deleta est.* b) *B: Werndrudis.*

1) *Pr. de prato eius sito an Gruob versus civitatem, quod nunc habet Hermannus dictus Nidrost in Núkilch.* 2) *Pr. de vinea ecclesiae, quae olim erat cellerarii, sita in Dúrhalden, non colitur. — Haec nota tota deest in B.* 3) *Pr. de prato et curtili dictis Rinkger, sitis in Dangstetten, emptis a C. Mollitore de Zurzach.* 4) *Pr. de decima dicti de Rinach in Kadelburg, quam decimam canonici in Zurzach comparaverunt pro 74 fl. a dicto de Rinach et dicto Umker de Thurego anno 1447. Ecclesia Zurziacensis successit iure hereditario in rebus praedicti praepositi mobilibus per eum derelictis, videlicet in vino et utensilibus aliis.* 5) *Dedit 4 fl.; pr. de praedio ecclesiae in Clingnow, pomerio et domo cum suis pertinentiis, quae possident Io. Scherer et dicta Kochin.* 6) *Pr. constituit frater eius, canonicus Zurzacensis, de domo sua sita in cimiterio.* 7) *Pr. in Siglinstorf.* 8) *Dedit 30 β; pr. de Siglinstorf (B: pr. de prato dicto Grinwise).* 9) *Pr. de praedio ecclesiae in Lienhein.* 10) *Pr. de curia et bonis fabricae in Bebikon.* 11) *Pr. de scoposa Iohannis Tumpeller in Kadelburg et de torculari Hartmanni Wirteberg in Kússenberg.* 12) *Pr. de bonis dicti Herbrecht de Reken.* 13) *Pr. de possessione empta ab Uolrico Nuelenberg sita in Clingnôw uff Hennenmunt.* 14) *Pr. de torculari Ber. dicti Boken sito in Pfaffenhalden.* 15) *B: Elyzabeht de Eichein cv[a].* 16) *Pr. de horreo decanatus.* 17) *Pr. de possessionibus Uolrici Kessler in Rekon.* 18) *Pr., sicut in fine libri continetur (sed ibidem nunc desideratur).* 19) *Pr. de domo et area Annae de Mellicon, quae est de pertinentiis dotis Io. Widmer.* 20) *Pr. de bonis dicti Siber de Tettingen. Memoria eius celebranda erat 28. Augusti (hoc die nominatur idem fr. ordinis Theutonicorum).* 21) *Pr. de areis dicti Schaidlins in Clingnow. „Hic eciam constituit 1 quartale tritici ad lumen altaris s. Crucis de domo relicte quondam sculteti in Clingnow, dictam (sic) Gerserin, ut puto."* 22) *Pr. de prato eius subter torculari Heinrici de Altenriet, quod habet nunc Petrus Buri in Kússaperg, empto a dicto Keller de Stuelingen. In margine adscriptum est eadem manu: non datur. Quam ob rem haec nota tota in B deesse videtur.*

16. XVI kal. Yrmengart de Mandach ob.[1]
18. XIV kal. Judenta de Buchs cv^a^ ob.[2]
19. XIII kal. Hugo et Cuonradus nobiles de Guotenburg ob.[3] Anno 1371 ob. nobilis vir, dominus Wolfradus de Brandys.[4]
23. IX kal. Cuonradus de Mellikon quondam advocatus et Anna uxor sua ob.[5] H., Wernherus, Hiltbrandus et Adelh. germani magistri C. de Aychain, can^i^ huius ecclesie ob.[6]
25. VII kal. Hartmannus de Yestetten ob.[7]

IULIUS.

1. kal. Adelheidis sor. Heinrici Spichward ppos^i^ huius ecclesie, relicta quondam Uolrici de Betzwile civis oppidi Thuricensis ob.[8] Anno 1429 Iohannes de Rast can. ecclesie maioris Constantiensis et ppos. huius ecclesie.[9]
4. IV non. Hainricus de Marchdorf can. huius ecclesie ob.[10]
5. III non. Iohannes dec. in Hohdorf, Goetfridus de Griesshein et liberi ac heredes quondam Iohannis de Griesshein militis, patris sui, pro ann^o^ eiusdem quondam Io., qui ob., et ipsorum memoria celebranda dari constituit presentibus 2 quartalia tritici de decima ipsorum in Reken, hoc adiecto, quod census Hermannus de Grieshein miles dat.[a] Ruodolfus incuratus[b] in Kilchdorf ob.[11]
9. VII id. Nota, sub anno 1388, hac die, circa meridiem prope oppidum Sempach Lúpoldus dux Austrie cum suis commilitonibus per Switenses occisus est, quorum anime in pace requiescant, et in hac strage a partibus hincinde circa 1500 viri occubuerunt, ex quibus plures nobiles de partibus Ergoeye extiterunt.
10. VI id. Meth. uxor H. de Porta militis ob.[12]
13. III id. Gerdrut de Tettingen ob.
16. XVII kal. Anno 1315 C. de Stein huius ecclesie dec. ob.[13]
18. XV kal. H. de Kevicon can. huius ecclesie pbr. ob.[14] Wernherus de Grieshein rector ecclesie in Wangen ob.[15]; memoria Guote matris sue et Hugonis fratris sui.[16]
19. XIV kal. Iohannes Zem Tor can. huius ecclesie ob.[17]
22. XI kal. H. filius domini Lútoldi de Krenkingen ob.[18] Anno 1344 ob. Alberchtus de Castello ppos. huius ecclesie.[19]
23. X kal. Memoria Waltheri sacerdotis incurati in Windisch.[20]
24. XI kal. Anno 1388 ob. Ruedgerus de Mandach armiger, qui legavit pro se et quondam Io. de Mandach fratre suo dari per heredes suos 20 fl., cum quibus casula seu alia indumenta sacerdotalia ecclesie nostre comparari debent. Nota, quod anno 1439 domini de capitulo cum subditis omnibus, exceptis illis de Cadelburg, iverunt ad locum Heremitarum cum illo parvo sarcophago, in quo dens beate Verene virginis est recunditus (*sic*), et iverunt 6 canonici et 2 capellani et rector scolarium cum scholaribus.

---

a) *Haec nota in A deleta est et in B desideratur.* b) *B: plebanus.*

1) *Pr. de bonis dicti Herbrecht de Reken.* 2) *Dedit 2 boves.* 3) *Pr., sicut in fine libri continetur (sed ibidem nunc desideratur).* 4) *Dedit 20 fl. capitulo; pr. de domo et area dicti Slininger de Koboltz. Ann. more canonicorum in altari publico celebratur. — Haec nota etiam in B, sed super rasura manu recentiori saeculi XIV. postea adscripta est.* 5) *Pr. de area eiusdem C., quam tenet capellanus altaris beatae virginis (B: quam tenet H. Sutor).* 6) *Pr. de domo lapidea et vineis et aliis bonis immobilibus ipsius C. pertinentibus officio cantoriae.* 7) *Pr. de iure dotis ecclesiae advocatitio in Superiori Wirnalingen.* 8) *Pr. de domo et area domini H. antedicti sita in oppido Thuricensi, donec redimetur 3* ℔. *— Manu alia haec nota deleta est, eadem autem adscripsit: 1 quartale tritici de huoba nostra in Zurzach.* 9) *Pr. de decima ecclesiae in Zurzach.* 10) *Pr. de bonis ecclesiae in Rekon, quae colit H. Kessler.* 11) *Dedit 2* ℔. 12) *Pr. de domo H. filii eius, can^i^ huius ecclesiae.* 13) *Pr. de granario et de possessionibus ecclesiae in Melstorf.* 14) *Pr. de agro Geppellers under dien Rein et de granario ratione anni gratiae eius.* 15) *Pr. de prato sito ze dem Langenstein prope Taengen.* 16) *B: Guota mater eius et Hugo miles, frater eius ob.* 17) *Pr. de bonis ecclesiae in Siglinstorf comparatis ab Iohanne Kessler de Clingnow.* 18) *Dedit 30 β.* 19) *Pr. de domo Iohannis de Rinvelden et pertinentiis eius ratione fructuum anni gratiae eius.* 20) *Dedit 2* ℔.*; pr. de domo H. de Altorf can^i^ huius ecclesiae in cimiterio, donec redimetur 2* ℔. *— B: Waltherus pleb. in Windesch ob.*

25. VIII kal. Ann. nobilium de Tegervelt. Anno 1344 ob. Nycolaus de Frowenvelt eps. Constantiensis, qui dedit capitulo nostro 15 fl., cum quibus comparatum est graduale magnum.[1]

27. VI kal. Anno 1408 Ulricus de Torberg custos huius ecclesie ob.

AUGUSTUS.

1. kal. Anno 1494 ob. magister Nicolaus Rechburger, can. ac. scolasticus prepositure Thuricensis ac insingnis vir Iohannes Rechburger, decretorum doctor, can. huius ecclesie ac advocatus consistorialis curie Constantiensis.[2]

2. IV non. Cuonradus liber[a]) de Aichain, pater magistri Cuonradi de Aichain, cantoris huius ecclesie ob.; memoria Adelheidis uxoris sue.[3] Anno 1372 ob. H. de Bollingen pbr. can. huius ecclesiae.[4]

3. III non. Maech. uxor C. de Tettingen ob.[5]

4. II non. Anno 1387 ob. deo devota inclusa in Koboltz, swester Mechthild, que ibidem ad spacium 37 annorum se continuit in servicio Christi et hic sepulta iacet.

6. VIII id. Otto de Úlingen[6] ob.[7]

7. VII id. Anno 1398 ob. H.[b]) Scherpli cantor huius ecclesie, qui 25 annum (*sic*) in sua prebenda explevit legendo, cantando, sermocionando ac ornatus diversos ecclesie procurando in eadem.[8]

9. V id. Adelh. uxor Arnoldi de Wassersteltz dicti et ipse Arnoldus ob.[9]

11. III id. Memoria[10] Berhtoldi pleb^{i} in Wolfenhusen.

13. id. Marquardus de Yestetten ob.[11]

15. XVIII kal. Anno 1378 ob. H. Sprichwardi de Thurego pbr. et ppos. huius ecclesie.[12]

16. XVII kal. Maech. de Goezzerswiler de Walthusen ob.[13]

20. XIII kal. Uolricus[14] de Buchs ob.[15]

24. IX kal. Anno [13]76 fuit occisus magister Fridericus de Ablach.[c]) Anno 1439 ob. Cuonradus Ysenburg pleb. inferioris ecclesie in Waltzhuot.[16]

27. VI kal. Verena filia Ottonis de Ulingen ob.; memoria Maech. sororis eius et Iohannis fratris ipsarum.[17] Uolricus de Mandach sac. rector ecclesie in Yestetten ob.[17]

28. V kal. Maech. dicta Ysenburgin et Sifridus filius eius, olim pleb. in Lengnang ob.; memoria Adelh. filie ipsius.[18]

31. II kal. Ortliebus de Tettingen ob.[19]

SEPTEMBER.

4. II non. Anno 1383 ob. Cuonradus de Veringen sac. can. huius ecclesie.[20]

5. non. Anno 1398 ob. das arm Katherinli, que de partibus Selanden oriunda fuit et hic ad 38 annos perstitit in paupertate, exul, degens et serviens deo et beate Verene et hic est sepulta.

---

a) *A: lieber.* b) *B: Heinricus.* c) *Haec nota in B deest.*

1) *Pr. de possessionibus in Clingnow uff Hennenmunt emptis ab Uolrico Nuelenberg.* 2) *Lupoldus Rechburger frater scolastici et genitor doctoris fundavit ann. pro eisdem, pro se ipso et Elisabetha Stalerin uxore sua de censibus curiae suae in Kadelburg.* 3) *Pr. de domo et pertinentiis cantoriae.* 4) *Pr. de bonis ecclesiae in Kadelburg. Memoria eius die 20. Novembris celebranda erat.* 5) *Katherina filia eius, dicta Schollin, ann. constituit de praediis suis.* 6) *B: Otto de Úlingen miles.* 7) *Pr. de curtili eius et eius pertinentiis in Nidern Endingen.* 8) *Pr. de bonis Huser in Melicon (B).* 9) *Pr. de vinea eius dicta Haraffen, donec 30 β redimetur, non colitur. — Nota in B tota desideratur.* 10) *B: obiit.* 11) *Pr. de domo H. de Bollingen can^{i} huius ecclesiae (B: de domo praebendali quondam H. de Pollingen).* 12) *Pr. de fructibus anni gratiae et de rebus per eum derelictis (B: de huoba ecclesiae in Zurzach, quam colit dictus Keigeler, empta de fructibus anni gratiae et de rebus derelictis per eum). Memoria eius die 7. Decembris celebranda erat.* 13) *Pr. de agro in Walthusen in Lengendal. Eadem etiam constituit de agro eodem dari 6 ₰ ad lampadem sepulcri et de area Lútgardis cv^{ae} in Walthusen.* 14) *B: Fr. Uolricus.* 15) *Dedit 30 β.* 16) *Ann. pro eodem, Heinrico patre suo, Adelheidi matre sua, Ortlieb fratre suo, Katherina Schmidin de Friburgo et Anna Zum Silberberg ibidem et Margareta Múllerin sororibus suis et pro se ipso fundavit Uolricus Ysenburg pleb. in Clingnouw. Memoriam autem suam fundavit idem Uolricus, „olim pleb. in Clingnów", anno 1483.* 17) *Pr. de possessione dicti Studer in Niderendingen.* 18) *Dederunt 30 β.* 19) *Pr. de vinea eius sita in Eroltzrúti et de vinea sub Rupibus sita.* 20) *Pr. de decimis ecclesiae. Memoria eius celebranda erat die 28. Ianuarii de bonis in Wirnalingen emptis a dominabus conventualibus in Thurego dictis In der Sampnung.*

6. VIII id. Waltherus de Tegervelt nobilis vir ob.
7. VII id. Anno 1382 ob. Heinricus Escher subdiac. can. huius ecclesie; memoria Io. Escher de Keyserstuol Heinrici fratris eius.[1 2]
11. III id. Anno 1306 H. de Clingenberg eps. Constantiensis ob.[3]
12. II id. H. de Kalwisowe dictus Strassburger, baghardus,[4] ob.[5]
13. id. Anno 1383 ob. Albertus de Phortzhein dec. huius ecclesie.[6]
15. XVII kal. Elizabeth de Galmton.[a])[7] Anna uxor Marquardi de Yestetten ob.[8]
16. XVI kal. Ruodolfus Laigenman[b]) de Rinhein rector ecclesie in Wessen ob.[9]
19. XIII kal. Maeth. uxor Burk. doctoris puerorum in Episcopali Cella ob.[10]
21. XI kal. Uolricus dictus Úlingen miles de Gurtwil[11] ob.[12]
24. VIII kal. Lútoldus de Porta ob.[13] C. magister hospitalis in Ulma sac. ob.[14]
28. IV kal. Anno 1439 ob. Iohannes Kriechenbek[c]) rector scolarium in Zurzach; memoria Anne uxoris sue.[15]
29. III kal. Iohannes de Mandach armiger ob.[16]
30. II kal. Anno 1483 Ieorius Schmid pleb. in Clingnów pro salute anime sue, patris, matris, fratrum et sororum instituit pro vigilia et ann° 1 modium tritici.

OCTOBER.

1. kal. Anno 1442 ob. Iohannes Lúti dec. ecclesie Constantiensis, olim can. et custos huius ecclesie.[17]
5. III non. Iohannes de Aichein diac. ob.[18]
8. VIII id. Wernherus dictus Vaelischi[d]) de Florin.[19] Anno 1439 ob. Iohannes Schram sac. Mysnensis dyocesis, cap. altaris s. Marie in cripta nostre ecclesie, qui ordinavit, ut ann. eius celebretur more canonicorum hic sepultorum, videlicet in summo altari.[20]
10. VI id. Anno 1369 Marg. de Rinach uxor Hermanni de Griesſshein militis ob.; memoria eiusdem Hermanni.[21]
14. II id. Agnes de Rischach conventualis monasterii in Amptenhusen ob. Anno 1382 ob. Heinricus Kaltwasser cap. altaris s. Georii huius ecclesie, dędit librum diurnalem, qui vendi debet.
15. id. H. de Rinvelden armiger et Elizabet uxor sua legitima ob.[22]
16. XVII kal. Adelhedis mater Uolrici de Baden dec[i] ecclesie Zurziacensis ob. anno [13]48.[e])
21. XII kal. Elizabeth de Tettingen ob.
24. IX kal. Gertrudis de Tettingen.[23]
25. VIII kal. Otto de Úlingen et Elizabeth uxor sua ob.[24]

---

a) *B: Galmiton.* b) *B: Wagenman.* c) *B: de Kryechenbekk.* d) *B: Welischi.* e) *Haec nota in B desideratur.*

1) *B: memoria Ioh. Aescher patrui sui, Heinrici patris, matris et aliorum suorum parentum. — Memoria Iohannis Escher de Keyserstuol et Luciae uxoris eius etiam die 24. Martii celebranda erat.* 2) *Pr. de agro Iohannis Smit de Rekon sito zuo dien Wegscheiden, et de area, domo, cellario ac omnibus bonis immobilibus praedicti Smit et insuper de decimis ecclesiae.* 3) *Pr. de praedio ecclesiae in Lienhein.* 4) *B: H. dictus Strosburger cv.* 5) *Pr. de omnibus bonis immobilibus C. de Sebach in Wiphingen.* 6) *Pr. de quarta parte curiae in Rekon empta ab Arnoldo Imhof de Wirnalingen (B dicta Herbrechtshof). Memoria eius celebranda erat die 12. Maii.* 7) *Pr. de domo, quae quondam fuit C. Schollen quondam can[i] Zurzacensis.* 8) *Pr. dat Ber. can. huius ecclesiae, redimetur ½ marca de domo eius (B: pr. de domo praebendae quondam H. de Bollingen).* 9) *Pr. de agro in Rinhein in der Ow.* 10) *Dedit ½ marcam, pr. de praedio ecclesiae in Lienhein.* 11) *B: Uolricus dictus de Úlingen miles residens in Gurtwilr.* 12) *Dedit 35 β.* 13) *Pr. de domo domini Petri de Taningen (B: de domo praebendali Io. Winkeler).* 14) *Pr. de domo C. de Aychein can[i] lapidea et aliis bonis pertinentibus officio cantoriae. Memoria eius celebranda erat die 17. Februarii. Hoc die nominatur provisor hospitalis et consobrinus magistri Cuonradi de Aychein.* 15) *Pr. de horto eius (B).* 16) *Pr. datur per Ruedgerum fratrum eius de bonis eius, „quousque locabit super certa bona".* 17) *Legavit 40 fl., quibus emerunt canonici duos modios tritici census de prato dicto Berolów a Thoma Oftringer.* 18) *Pr. de domo, horreo et curtili altaris omnium martyrum (B: de domo altaris s. Georii).* 19) *Pr. de area Cuonradi Talman sita in Zurzach.* 20) *Pr. de decimis.* 21) *Hic constituit pr. de huoba sua in villa Rieden sub castro Krenkingen, quam colit Iohannes Múller.* 22) *Pr. de iure dotis ecclesiae advocatitio in Superiori Wirnalingen.* 23) *Pr. de domo Uolrici filii eius can[i], quam nunc inhabitat dominus Thomas.* 24) *Pr. de domo et area fabri de Wáningen.*

26. VII kal. Adelheit uxor H. de Mandach ob.[1]

27. VI kal. Eylga mater Ber. nostri decani Zurtziacensis et Gysela soror eiusdem decani dicta de Nortswâben ob.[2] Diepoldus rector ecclesie de Mumpfe, can. huius ecclesie ob.[3]

28. V kal. Iohannes Am Wasen can. huius ecclesie ob.[4]

30. III kal. Dyetschinus de Bondorf servus ecclesie nostre ob., qui primus erat, cui successit ecclesia nostra in bonis derelictis per ipsum, ex cuius successione ecclesia nostra percepit in valore 200 ℔. et ultra.[a]

31. II kal. Memoria[5] nobilis viri Cuonradi de Krenkingen.

NOVEMBER.

5. non. Fr. Iohannes de Mellikon ordinis s. Iohannis ob., qui sedilia seu sedes ecclesie s. Verene propriis manibus fabricavit. Heinricus de Mandach miles ob.[6]

7. VII id. Siveridus de Porta miles ob.[7]

10. IV id. Maeth. Búrdinerin ob.[8]

12. II id. H. de Walse diac. can. huius ecclesie.[9]

13. id. Sophya de Roegerswile ob.[10]

16. XVI kal. Uolricus Am Wasen ob.[11] Ruedgerus de Siggingen ob.[12] Anno 1359[b] ob. nobilis domina Ka., [uxor] legitima comitis Ludwici de Núwenburg, que dedit ecclesie nostre calicem argenteum; memoria eiusdem Ludwici comitis predicti.[13]

18. XIV kal. Anno 1399 ob. Uolricus Carpentarii[c] dec. et can. huius ecclesie;[14] legavit[15] et tradidit pro testamento (*sic*) suis successoribus, decanis huius ecclesie, suum missale parvum, quod comparavit pro 12 fl., et 22 libros, quorum aliquos propria manu conscripsit et alios signavit sua manu, ut in die anni sui decanus ob sue anime salutem in mensa 4 pauperes reficere debeat ob huius legacionis memoriam.

22. X kal. Anno 1373 ob. Heinricus natus de Brandis, eps. Constantiensis, qui preter alia beneficia [et] multiplicia impensa ecclesie s. Verene pro structura fenestre vitree posite in introitu templi dedit 18 fl., insuper in agone suo consolaciones trium marcharum argenti ipsis canonicis ecclesie predicte pure remisit,[16] cuius anime deus propicietur. Anno [14]80 ob. Hermannus de Rast dec. huius ecclesie.[17]

23. IX kal. Margareta de Bónstetten ob. Anno 1439 ob. Nycolaus Kaybli de Ravenspurg dec. et can. huius ecclesie.[18] Hodie reconciliando consecrata est utraque ecclesia cum cimiterio anno 1474.

24. VIII kal. Ruodolfus de Tettingen sac. cap. altaris s. Marie huius ecclesie ob.

28. IV kal. Uolricus de Beggenhoven dec. huius ecclesie ob.[19]

29. III kal. Margareta olim uxor Wilhelmi de Mandach ob.[20]

---

a) *Haec nota in B desideratur.* b) *LVIIII deletum est, etiam numerus arabicus 59, qui postea adscriptus est.* c) *B: Carpentarii de Baden.*

1) *Dedit 30 β.* 2) *Pr. de vinea altaris beatae Virginis sub cripta. — Nomen eiusdem Gyselae bis adscriptum est, primo nominatur soror decani, secundo filia Eylge. — B autem errorie composuit: Elka mater Ber. decani nostri, Gysela soror eiusdem Ber. et Gysela de Nortswaben soror predicte Elke ob.* 3) *Pr. de possessionibus emptis ab Uolrico Nuelenberg sitis an Hennenmunt in Clingnow.* 4) *Pr. de vinea ob dem Bach an Laingruoben, quam colit H. Hoeltzli sacrista.* 5) *B: ob.* 6) *Uxor eius dedit 30 β. (B: pr. de bonis ecclesiae in Loucheringen.)* 7) *Pr. de domo fratris eius cani sita in cimiterio (B: quam nunc habet Iohannes Winkeler). Relicta eius Elisabeth fundavit ann. pro se et Sifrido filio suo die 6. Iulii celebrandum.* 8) *Pr. de domo magistri Iohannis de Emmerach, donec ½ marca redimetur.* 9) *Pr. de bonis in Tegervelt, quae colit Cuonradus In der Gassen, comparatis bonis per eundem H. quondam derelictis. — B: Anno 1369 ob. H. de Walse can. huius ecclesie diac.* 10) *Dedit 30 β; pr. de possessione ecclesiae in Regenstorf.* 11) *Iohannes filius eius, can. huius ecclesiae, dedit ½ marcam.* 12) *Pr. dat uxor eius de agro in Tegervelt, donec redimetur ½ marca, non colitur.* 13) *Haec nota in B desideratur.* 14) *Pr. de bonis ecclesiae in Mellicon emptis a dictis Huser de Clingnow.* 15) *Nota sequens tantum in B adscripta est.* 16) *Pro anno suo. B autem dicit: dedit etiam pro celebrando anno suo 17½ ℔. ϑ Stebler, cum quibus tritici redditus comparari debent per capitulum.* 17) *Pr. de decimis in Kadelburg. Die 21. Novembris nominatur idem dec. et can. huius ecclesiae, qui dedit fabricae 15½ fl., ut hac die sollemniter peragatur festum Presentationis Mariae virginis.* 18) *Pr. empta de anno gratiae eius datur de prato Georii Graner enend Berg ze Locheringen, pro quo dederunt canonici 11 fl.* 19) *Pr. de domo et area H. dicti Burgis in Oergilisgassen. — B: ob. anno 1363.* 20) *Pr. de bonis ipsius Wilhelmi, quae redimi possunt 3 ℔. ϑ dictorum Stebler.*

DECEMBER.

2. IV non. Memoria Hermanni de Liebenvels militis.[1]
4. II non. Anno 1426 ob. Ruegerus Spengler pleb. in Baden.[2]
5. non. Cuonradus de Tettingen miles ob.[3]
8. VI id. Marg. de Clingen nobilis, filia H. de Tengen nobilis ob.[4] Anno 1373 ob. Wielandus Fabri de Egbottingen pbr. can. et cantor huius ecclesie.[5]
9. V id. Marg. quondam filia Cuonradi de Kilchberg comitis, uxor legitima nobilis viri Lútoldi de Krenkingen militis, et Cunradus com. predictus ob.[6]
10. IV id. Ber dictus de Tettlingen et Katharina uxor sua ob.[7] Anno 1439 post cenam circa horam octavam ob. Petrus de Rast pater Hermanni de Rast decani huius ecclesie, et fuit quinta feria.[8]
11. III id. Maech. uxor Hermanni de Liebenvels militis ob.[1] Beli inclusa in Tettingen.[9] Anno 1373 ob. Hermannus de Grieshein miles.[10]
12. II id. Kúngundis deo devota, felicem circa 30 annos ducens vitam, inclusa in Kovoltz, de hac luce migrans, hic requiescit.
17. XVI kal. Cuonradus de Tettingen frater quondam Uolrici can[i] nostri ob.[11]
19. XIV kal. Uolricus de Mandach miles ob.[12]
20. XIII kal. Iohannes Peregrini scolasticus et can. prepositure Thuricensis, qui dedit fabrice nostre 16 fl. et unum superpellicium.[13]
23. X kal. Heinricus de Krenkingen nobilis ob.
24. IX kal. Anno 1376 ob. Lútoldus Vogt de Keiserstuol pbr. can. et custos huius ecclesie.[14]
28. V kal. Arnoldus de Rinsvelden miles ob.[15]
30. III kal. Adelh. uxor Ber. de Tainingen[a]) ob. et memoria Ber.[16] Magister Conradus de Aychain cantor et can. huius ecclesie Zurziacensis, fundator cantorie[b]) huius ecclesie necnon prebende altaris s. Georii martiris in ecclesia nostra.[17]
31. II kal. Magister Ber., scolasticus ecclesie Thuricensis ob., qui et hic fuit can.[18]

---

a) *B: Taningen.* b) *B: cantorie seu scolastrie.*

1) *Pr. de praedio ecclesiae in Lienhein. — B (4. Decembris): Hermannus de Liebenvels ob.* 2) *Ann. celebratur more canonicorum hic sepultorum, videlicet in summo altari, dedit 16 fl., pr. de advocatia in Schinen (B: de decimis).* 3) *Pr. de domo Uolrici filius eius can[i], quam inhabitat dominus Thomas.* 4) *Pr. de bonis Uolrici Kessler de Rekon.* 5) *Pr. de bonis ecclesiae in Kadelburg. Constituit ann. H. patris sui, Maech. matris suae, Heinrici, Iohannis, Alberchti fratrum suorum et Verene et Marg. sororum suarum die 7. Maii celebrandum.* 6) *Pr. constituit magister Cuonradus de Aychein can. de domo sua lapidea et aliis bonis suis immobilibus, pertinentibus officio cantoriae.* 7) *Pr. de vinea altaris beatae Virginis huius ecclesiae.* 8) *B (11. Decembris): Ob. Petrus de Rast, Elisabeth uxor eius, pro quibus Hermannus dec. huius ecclesie dedit fabricae 20 fl.; pr. de decima Gaessler.* 9) *Pr. de possessione dicti Rober de Melstorf.* 10) *Pr., prout habetur in ann[o] Margaretae de Rynach quondam uxoris eius [vide 16. Novembris]. B (10. Decembris): pr. de huoba eius sita in Riedern sub castro Krenkingen.* 11) *Pr., sicut in fine libri habetur (desideratur ibidem).* 12) *Pr. de bonis dicti Herbrecht in Rekon.* 13) *Pr. de prato magistri Cuonradi de Aychain, can[i] huius ecclesiae, sito prope vineam eiusdem magistri, pertinenti officio cantoriae.* 14) *Pr. de bonis ecclesiae in Kadelburg. Memoria eius celebranda erat die 2. Octobris.* 15) *Pr. de prato Iohannis dicti Sennen entzwúschent den zúnen, in quo etiam torcular sacristae existit aedificatum.* 16) *Pr. de domo eius et area et horto contigua domui sitae sub clivo an Hennenmunt infra domum dictae Vinkin.* 17) *Pr. de bonis ecclesiae emptis a domino Hermanno de Grieshein de fructibus anni gratiae. (B: de bonis ecclesiae in Loucheringen emptis de fructibus anni gratiae.) Memoria eius celebranda erat die 17. Februarii et 24. Septembris.* 18) *Dedit 1 marcam argenti; pr. de praedio ecclesiae in Lienhein.*

VI.

DIOECESIS CURIENSIS.

LIBER ANNIVERSARIORUM ECCLESIAE MAIORIS CURIENSIS.

Librum anniversariorum ecclesiae maioris Curiensis vir clarissimus Wolfgangus de Iuvalt anno 1867 (Necrologium Curiense, das ist: die Jahrzeitbücher der Kirche zu Cur) et accuratissime edidit, tum et praecipue summa et laudabili diligentia aetatem notarum singularum distinxit. Unde opus Wolfgangi de Iuvalt hac editione repetitum raro tantum corrigere mihi contigit.

Recensiones quatuor huius libri anniversariorum, quae in codicibus membranaceis formae maximae in tabulario ecclesiae maioris Curiensis exstant, Wolfgangus de Iuvalt (l. c. I—XV) diligenter descripsit et C, D, E, G nominavit.

C,[1] *recensio vetustissima, quam habemus, circa annum 1147 manibus duabus scripta usque ad saeculum XIII. exiens continuata est.*

Codex D circa annum 1196 scribi coeptus usque in saeculum XIV. notis novis adauctus est. Praebendas in anniversariis distribuendas copiosius, quam C, enarrat.

Codex E exemplar est libri anniversariorum D saeculo XIII. exeunte inceptum et primis tantum annis saeculi XIV. continuatum, quo canonici Curiensis usi esse non videntur.

Codex G e codice F nunc deperdito anno 1390 descriptus et saeculo XV. multis notis adauctus est, in quibus laude dignum videtur, quod saepissime loca sepulturae defunctorum nominantur. Dolendum est, quod huius codicis tria folia, quibus dies 1.—8. Januarii, 23.—30. Novembris, 28.—31. Decembris continebantur, perierunt. G, in quo saepe dies obitus nominibus defunctorum non adscripti sunt aut anniversaria diebus diversis repetuntur, etiam appendix, sed non ex toto servata, in qua iterum anniversaria inscripta invenimus, adiecta est.

Cum hae quatuor recensiones verbosiores sint, scriptoribus praesertim saeculorum XIII., XIV., XV. praebendas in anniversariis distribuendas et bona, ex quibus eaedem solvebantur, latissime describentibus, notas libri anniversariorum Curiensis ab omnibus additamentis vilioribus liberare opus esse mihi visum est.[2] *Dolendum est, quod multae notae eiusdem libri vel usu cotidiano vel rasuris adeo detritae sunt, ut legi iam non possint.*

Notas usque ad annum 1147 in codice C scriptas hic literis maioribus latius dispositis, nomina 1147—1200 addita literis maioribus, continuationes saeculi XIII. literis maioribus uncis inclusis, notas saeculi XIV. literis minutis et notas saeculi XV. literis minutis uncis inclusis hic distinguendas curavi.

---

1) *A et B Wolfgangus de Juvalt codices nunc deperditos, e quibus C descriptum esse putat, nominavit.*

2) *Ut exemplo utar, iam scriptores primi codicis C notis, quibus narrant defunctum ecclesiae Curiensi bonum vel censum dedisse, paene sine exceptione „pro remedio anime sue, s. Marie et ad servitium fratrum" adiunxerunt, quae additamenta quasi superracanea hic praetermisi. Etiam descriptionem finium domorum et praediorum, e quibus praebenda anniversarii solvenda erat, in civitate Curia sitarum non recepi.*

IANUARIUS.

1. kal. Victor pbr. et can. ob. anno 1183, qui predium Umbiligis, scilicet in Zupina,[a]) et vineam de Faunis dedit.[1]

2. IV non. Arnoldus de Ruzunnes ob. anno 1151, qui predium in vico Emedes dedit.[2] Geppa uxor Burchardi de Malles ob.

4. II non. [Chonradus Frow .... ob. C. de Clavuz sac. et can. Curiensis ob.[3]]

5. non. [Albero Strasiber dictus, miles, ob. Anno 1289 occisus est Henricus dictus Carammamma in conflictu facto subtus villa ...,[4] ex parte una existente Frid .... de Monteforti ep^{o} Curiensi, qui ibidem captus fuit cum aliquibus baronibus suis ...., adversa existente Hugone comite de Werdenberg, consanguineo predicti ep^{i} ....[5]]

6. VIII id. Harpertus Curiensis eps. ob. Martinus ob., qui vineam de Ultraponte cum molendino sub Saxo dedit.[6] Reinbaldus ob., qui predium suum de Castello in Scanabicco dedit.

7. VII id. Victor Curiensis eps. ob. Gepa uxor Nicolai ob.[7] Ella mater ministri Gaudentii ob.[8] Anno 1336 ob. C. dictus de Lindaugia, vic. altaris s. Crucis.

8. VI id. Henricus pbr. et can. huius ecclesię ob., qui vineam cum beneficio ad Aviune et solium cum casa ante ecclesiam s. Martini Curie dedit, anno 1137. [Agnesa de Vatz Inferiori ob.[9]]

9. V id. Bertha de Castello ob. [Ruodolfus miles de Niuwinbuorch ob.]

10. IV id. Sulvanus ppos. ob.

11. III id. Otto ob. [Dominecia filia H. Bizúnse de Cublinse ob.[10]] Anno 1381 ob. Hainricus de Nentzingen dec. ecclesie Curiensis, requiescit ante altare s. Mauritii in cripta.[11]

12. II id. Victor pbr. ob. Sigifridus l. ob. Uodalricus de Malle Blanco ob. [Ob. Waltheri marscalci de Monteforti, pb^{i} et can^{i} Curiensis ecclesie, requiescit ante altare s. Pauli.[12]]

13. id. Berta mater Geb ... ob. Victor Favoritus ob. Adelb ..... [de Obromule ob.]

14. XIX kal. [Anno 1433 ob. Iohannes Wältis sun von Stallär.[13]]

15. XVIII kal. Wecil ob. [Chuonradus de Wellinberch ob. anno 1228.]

16. XVII kal. Egino de Saluco ob. Ruodolfus cler. de Novaria ob. Magister Hainricus Pfefferhart, can. ecclesie Curiensis, ob. anno 1313, requiescit in Constantia.[14]

17. XVI kal. Agnesa ob. [Hainricus de Iuvalt can. ob. anno 1292.[15] Anno 1298 ob. Berchtholdus de Sancto Monte confirmatus in ep^{m} Curiensem.] Anno 1307

---

a) *D: Schippina.*

1) *E: de eodem predio datur 1 ℔ mez.* 2) *D: servicium de eodem predio, de beneficio Kornisachi.* 3) *Reliquit 10 ℔ mez., quibus empta est caminata et stupa [in civitate Curia], quam retinent Albero de Nanzingen et frater eius, inde dantur canonicis ... 4 β mez. et capellano s. Crucis 6 imperiales.* 4) *Nomen villae legendum non est in libro anniversariorum; teste Sprechero chronista Rhaetiae „Balcha“ supplendum est.* 5) *Ann. ipsius Henrici peragi debet, quia pater eius, dominus Walterus, dedit pro se et suis haeredibus ... β mez. annuatim persolvendos in villa Sarns.* 6) *E: de eodem molendino hodie dantur 2 oves, 6 galete vini, modius siguli, et in festo Petri et Pauli [29. Iunii] tantum.* 7) *Galeta de agro eius, Scrat[apalle] persolvere debet.* 8) *Reliquit galetam Clavennensis vini dandam de domo lapidea ante domum Sassin.* 9) *Dedit ad fabricam 1 ℔ mez.* 10) *Dedit ad fabricam 2 ℔ mez.* 11) *Reliquit totam praebendam suam anni gratiae tam in grossa, quam in cotidiana.* 12) *Reliquit 9 marcas ponderis Curiensis datas per capitulum pro emptione officii ministri civitatis et de censibus domorum iuxta fossatum emptis a dictis Scratapelle, quae solvunt 5 ℔ 2 β mez., summam quandam constituit.* 13) *Reliquit pro se et uxore sua Margaretha 8 ℔ mez. de bonis et solamine, ubi residebant tempore vitae suae, in Gultrunn in parochia ecclesiae s. Mariae in Muntafun situm. Requiescunt in ecclesia praefata s. Mariae in Muntafun.* 14) *Reliquit praebendam suam anni gratiae, qua empti sunt redditus 4 ℔ 5 β mez. de hortis, quos tenent dominus Eberhardus de Grecins et dicta Glogerina et 35 β mez. de domo R. Bordunanz.* 15) *Dedit 10 ℔*

ob. com. Henricus de Monteforti, ppos. maioris ecclesie Curiensis, requiescit in Veltkirch.[1]

18. XV kal. Adaleita[a]) uxor Henrici de Curia ob. Martinus subdiac. ob. in Monte s. Marie. Anno 1329 ob. Albertus de Lumins can. ecclesie Curiensis et incuratus S. Martini.

19. XIV kal. Berta ob. Leda ob. Uodalricus de Ruzunne can. ob. [Anno 1287 occisus est apud Belfort dominus Waltherus dictus Caramamma in servicio ecclesie Curiensis.[2]] Anno 1364 ob. Ruodolphus de Veltkirch dec. ecclesie Curiensis, requiescit iuxta altare s. Catharine.[3]

20. XIII kal. Victor pbr. ob. [Gudenta de Caudinige ob.[4]] [Agenda Casparis[b]) de Schoenstain, can[i] ecclesie Curiensis.]

21. XII kal. Gaudentia ob. Sigifridus de Malle ob.

22. XI kal. Henricus de Ustra ob. [Ficia ob. Henricus Curiensis dec. ob. Antonius de Awal[5] et uxor eius.]

23. X kal. Conradus pbr. can. et dec. huius ecclesie ob. anno 1179. [Uolricus de Asperomonte ob. anno 1241.[6] Ob. com. Hainricus de Werdenberg et Sangans, dominus in Vadutz, anno 1397, requiescit in Vadutz.[7]

24. IX kal. Martinus diac. et can. huius ecclesię ob., qui vineam suam in Melanzę dedit, anno 1114. [Anno 1440 ob. Iohannes Naso utriusque iuris doctor, eps. Curiensis, requiescit in ecclesia parrochiali in Merano.[8]]

25. VIII kal. Nanno ob. [Anno 1437 ob. Iohannes Egli, alio nomine Flach, rector ecclesie parrochialis in Emptz Superiori, requiescit in ambitu iuxta portam, qua itur ad domum cantoris et prope lapidem dicti Kilchmatters.[9]]

26. VII kal. Norpertus Curiensis eps. ob., qui 8 servicia fratribus constituit, anno 1088. Richenza sor. nostra ob. Anno 1330 ob. Agnesa uxor quondam Uolrici de Strasperg, requiescit ante altare s. Gaudentii.[10] [Anno 1439 ob. Theodoricus de Marmorea miles, requiescit in tumba ex opposito altaris s. Gaudentii in ecclesia Curiensi.[11]]

27. VI kal. Albertus ob. Ruodolfus ob.

28. V kal. [Adelhaidis de Oberomuli ob.] [Anno 1461 ob. Lüpoldus Stökli de Veltkirch diac. et cancellarius Curiensis ecclesie, requiescit in cyrpta ante altare s. Mauritii.[12]]

29. IV kal. Tietmarius Curiensis eps. ob., qui dimidiam vineam de Ultraponte ad hospitalem s. Martini dedit, anno 1070. Eberardus de Mesauco ob. Anno 1339 ob. H. inclusus in cella monasterii Curiensis.

30. III kal. Wernerius de Nanzing ob. Iohannes pbr. ob. [Iacobus de Canova ob.[13]] Anno 1387 ob. Iohannes de Lumarins armiger, senior, advocatus in Lugnitz, requiescit ante monasterium iuxta lapidem Uolrici de Strassberg.[14]

---

a) *Vel Adaletta.* b) *Nomen certe non legendum.*

1) *Reliquit 10 marcas argenti, quibus empta est „alpes" in Schanfigg, de qua dat minister canonicorum 4 tt.* 2) *Dantur 5 β merz. in grano in villa Sarns de mercede vallis dictae Tumilascha.* 3) *Reliquit totam praebendam suam anni gratiae tam in cotidiana, quam in grossa.* 4) *Dedit 2 tt. ad fabricam.* 5) *Reliquit 14 β merc. ad fabricam.* 6) *Dedit praedium in villa Trimuns solvens annuatim 10 β mez., quorum 5 ad servitium fratrum, 5 ad altare s. Crucis constituit.* 7) *Dedit anno 1396 pro ann° suo et Katherinae consortis suae 24 tt. mez., quarum 16 tt. de theloneo in Vadutz annuatim persolvuntur et 8 tt. capitulum ipsum dat, quia idem dominus canonicos a solutione thelonei praebendarum de Veltkirch ducendarum in Vadutz perpetue absolvit.* 8) *Successor ipsius Cuonradus de Rechberg de Hohenrechberg, eps. Curiensis, 100 fl. Ren. dedit.* 9) *Reliquit 20 modios ordei.* 10) *Reliquit ecclesiae Curiensi domum suam in civitate Curiensi.* 11) *Reliquit pro ann° suo et Iohannis fratris sui et parentum 4 tt. mez. annuatim in supplementum vineae suae prope monasterium s. Lucii, quam tradidit pro psallendo psalterium iuxta s. Sepulchrum Domini in ecclesia Curiensi in Parasceve usque in diem Pascae, de prato s. Iohannis in Umblix, ea conditione, ut supperaddat capitulum 4 tt. mez. annuatim de bonis suis.* 12) *Reliquit 16 tt. 8 β mez. annui census.* 13) *Reliquit ad fabricam 4 tt. mez.* 14) *Reliquit 8 tt. mez. de curia Ryein in Lugnitz annuatim solvendas.*

31. II kal. Uodalricus subdiac. et can. huius ecclesię ob. anno 1127. Burchardus de Bodoma ob., qui predium suum ad Pontili solventem (*sic*) 10 β merc. dedit, anno 1166. Anno 1334 ob. Hugo dictus Hartzer, can. Curiensis, requiescit in Constantia.

FEBRUARIUS.

1. kal. Bruno Curiensis electus ob. Cuonradus pbr. et can. ob. Gaudentius de Plantair quondam minister Curiensis ob. anno 1326, requiescit in capella s. Marie Magdalene.[1]

2. IV non. [Albertus de Frikinge ob. anno 1209, cuius predium totum ab Altabruck usque ad fluvium Ysach iuxta Bozanum cum omni familia tam militum, quam rusticorum Reinerius Curiensis eps. cum castro de Ardez comparavit.[2]

3. III non. Leo pbr. ob. Heinricus . . . tius ob. Anno 1365 ob. Iakobus dictus de Griessenberg, can. ecclesie Curiensis, requiescit in Constantia.[3]

4. II non. Ordinatio domni Adalgoti huius ecclesię ep^{i} anno 1151. Lancilinus pbr. et can. de Lupine ob., qui dedit 40 galletas vini ad servicium clericorum omnium.

5. non. Wido ob. Genzo ob. Henricus pbr. de Ziraune ob. Anno 1374 ob. Fridericus de Tengen ppos. ecclesie Curiensis, requiescit in Constantia.[4]

6. VIII id. Iohannes peregrinus ob.

7. VII id. [Iohannes de Scharans ob.[5]]

8. VI id. [Dedicatio altaris iuxta hostium claustri dedicati ad honorem ss. Iohannis Ewangeliste, Iakobi apostoli, fratris eius, et Adalberti ep^{i} et martiris, consecrati a Ludolfo ep° Alveristatensi anno 1259 ad instantiam Hainrici Curiensis electi, quod altare Iakobus de Niwinburck can. Curiensis fundavit. Post obitum vero Ebirhardi rectoris in Nanzingin vel puram resignationem predicti altaris collatio eiusdem spectat ad decanum, qui tunc pro tempore fuerit, qui debet investire sacerdotem, si potest. Domina Eufemia, relicta quondam domini Chuonradi de Ruhunberg ob.[6]]

9. V id. Arnoldus de Ruzunne can. occisus est. Anno 1375 ob. Andreas de Marmorea filius olim Andree de Marmorea militis, requiescit ante altare s. Gaudentii.[7]

10. IV id. [Judenta de Obromuli ob. Anno 1298 Ruodolfus de Hofstetten quondam minister in Wal.[a]) ob.]

11. III id. Teodericus pbr. et m., noster frater, ob. Lanzilinus de Lupine ob. Luvuncus ob.

12. II id. Conradus pbr. ob.

13. id. Guntrammus pbr. ob. Sigibertus archipbr. ob. Elisabetha ob. [Conradus ob. de Eshan. Anno 1298 Henricus pleb. ecclesie s. Martini et can. Curiensis ob.] Anno 1396 ob. Ioannes Lúprecht olim scholasticus et can. ecclesie Curiensis, requiescit sub lapide prope murum ante altare s. Pauli in ecclesia Curiensi.[8]

a) *Sine dubio supplendum est: Walenstatt.*

1) *Legaverunt idem eiusque haeredes 4 ℔. mez. census de domo murata, ad quam ascenditur per tristegam lapideam iuxta domum Iacobi Straiffen.* 2) *Albertus de assensu ep^{i} praedicti ex hoc praedio, nominatim ex curti in Ardez appellata Romagnasca, integrum servitium constituit.* 3) *Reliquit totam praebendam suam anni gratiae tam in cotidiana, quam in grossa.* 4) *Reliquit de praebenda sua anni gratiae 20 fl. auri.* 5) *Reliquit 4 ℔. cerae, 1 ad altare s. Crucis, 3 ad chorum, de solamine suo iuxta domum suam [in Curia] annuatim dandas.* 6) *Reliquit 1 β merc. ($^1/_2$ in grano et $^1/_2$ in caseo) ad altare s. Crucis de bonis de Sevellun; filius eius Ruodolfus persolvit.* 7) *Reliquit 30 fl. auri.* 8) *Reliquit totam praebendam suam anni gratiae tam in grossa, quam in cotidiana.*

14. XVI kal. Egino Warinus ob. Bertoldus de Segan[o].[a]) Uolricus de Enna miles ob., requiescit in Constantia.

15. XV kal. Constrantius pbr. ob. [Hainricus dictus Adilman ob.[1]]

16. XIV kal. Regelinda ob. Heberhardus Belso ob. Suikerus l. de Sillis ob. [Symon ob. de Mureizen.[2]] Anno 1399 Symon Mairugg, alio nomine Nitt, vicedominus Curiensis, reliquit pro remedio anime sue et fratris sui Iohannis Nitt sacerdotis, rectoris ecclesie in Vico Suprano 4 ℔. mez. annui census de prato suo proprio sito in Undern Scaletta, habens (*sic*) 8 seccatas. Voluit etiam predictus vicedominus, quod die obitus sui in tumba patris sui in ecclesia Curiensi sepeliatur. Requiescit in Vico Suprano.

17. XIII kal. Liutfridus et mater sua Berta, qui predium de Sulvalenne et 2 vineas de Tuminnie et 1 vineam de Faunio cum omni iure dedit. Guota ob. [Chuonradus de Pludesc dec. Curiensis ob.] [Anno 1460 ob. Ruodolfus de Roschach custos ecclesie Curiensis, requiescit in crypta ante altare Corporis Christi.[3]]

18. XII kal. [Hic auditus est terre motus anno 1258, prima . . . . diei, quando completorium cantabatur in choro Curiensi.] Nanno de Marmorea dec. ecclesie Curiensis ob. anno 1312, requiescit in cripta ante altare Corporis Christi.[4]

19. XI kal. [Ruodolfus com. de Werdenberg et de Sargans, ppos. ecclesie Curiensis, in remedium animarum omnium suorum parentum donavit capitulo Curiensi 1 urceum sive urnam vini annui census[5] de vinea sua dicta der Ober Gusientz, in Malannis sita, requiescunt in Sangans et alibi. Anno 1453 ob. Fridericus Plant pbr. et can. ecclesie Curiensis, requiescit in tumba dominorum de Marmorea a parte sinistra, ubi ascenditur in chorum.[6]]

20. X kal. Arnustus ob., qui predium suum de Brinzolis, quantum ibi habuit, dedit. Victor pbr. ob. Gisela ob. anno 1159. Wecillo pbr. et pleb. de Asiere[b]) ob. anno 1183. Anno 1373 ob. Ulr. dictus Litscher, minister in Veltkirch, requiescit in Veltkirch.

21. IX kal. [Anno 1300 Ul. de Marmorea ob.[7]] Willa ob.[8]

22. VIII kal. Comemoratio fratrum. Wecil de Vaze ob., qui predium in Vaze et pratum Mairanis dedit. Cotfridus huius ecclesie subdiac. et can. ob. anno 1159, qui predium, quod habuit Curie, dedit. Sigifridus ob. [Heinricus Princeps ob.]

23. VII kal. Judintta sanctimonialis de Cacias ob. [Hainricus de Vurstinberch[c]) ob. anno 1229, pro cuius anima Curiensis eps. B. tradidit s. Marie 3 paria librorum, videlicet Decreta, Decretales et Rationes super hiis.] Adelhaidis relicta quondam Iohannis de Belmunt militis ob., requiescit in Cástris.[9]

24. VI kal. Albertus com. de Thirolh. Anno 1312 Ulricus miles de Flumes ob., qui edificavit et construxit altare Omnium Sanctorum et fenestram magnam ultra portam magnam parari iussit de bonis suis,[10] requiescit ante altare Omnium Sanctorum.

25. V kal. Uodalricus de Iuvalto ob. Arnaldus[d]) . . . huius ecclesie ob.

---

a) *Segov[io]?* b) *D: Schiere.* c) *E: Fiurstenberch.* d) *Nomen certe non legendum.*

1) *Dedit ad fabricam 8 β Const.* 2) *Dedit praedium suum in Laurenes, inde dantur 2 β merc, de quibus dantur 3 panes tritici pro anima eius et patris et matris eiusdem, item galetta vini ad bibendum de calice in Nativitate s. Iohannis Evangelistae in crypta de eodem praedio datur.* 3) *Reliquit 8 ℔. mez. annui census de vinea domini Hartmanni de Castelmuro sita apud portam inferiorem.* 4) *Legavit 10 marcas, quibus comparati sunt redditus 4 ℔. mez. de solamine et domo Anthonii Perdonantz in Superiori Foro.* 5) *Datur autumnali tempore sub torculari.* 6) *Reliquit 19 ℔. ₰.* 7) *Reliquit galletam olei olivae de bonis suis in Dingzun, quod ardere debet in lampade appensa in medio ecclesiae maioris Curiensis ad honorem s. Mariae et Omnium Sanctorum.* 8) *Egino maritus eius dedit 1 β imperialem ad lumen et post mortem suam ipsius reliquit agrum apud Nigerola pro remedio animae suae.* 9) *Dantur 6 ℔. mez. de curte dicta Schlavenasca in Valls.* 10) *Dedit etiam redditus 3 ℔. mez. de domo H. quondam dicti de Quader.*

26. IV kal. Anno 1319 ob. Adelhaidis de Bludentz relicta quondam Friderici de Bludentz militis.[1] Anno 1394 ob. magister Iohannes de Tonsel, can. Curiensis, requiescit in itineri versus Romam,[2] cuius ann. peragitur in planitie monasterii ante altare s. Crucis.

27. III kal. Regnardus ob.

28. II kal. [Adilhaidis de Paschg et maritus eius dederunt 20 β ad altare s. Crucis ad celebrandum ann. ipsarum.]

MARTIUS.

1. kal. Vincentius pbr. et can. ob. anno 1096. Egino pbr. et can. ob. anno 1099. Elizabeth de Bull ob.[3] Ann. domini de Rútzúns debet celebrari feria 6. quatuor temporum in Quadragesima post dominicam Invocavit.[4] [Anno 1431 ob. Anna Burserin uxor legitima Swigklini Schuoler de Castromuro armigeri, requiescit in tumba illorum de Castromuro.[5]]

2. VI non. Chonradus Curiensis eps. ob. anno 1142, qui decimam agnorum in familia de Zúzes[a]) et 6 ℔ ₰ et vineam in vico Gininnes cum familia et omni iure dedit. Victor ob. Anno 1386 ob. Iohannes de Subvia senior, cognominatus Switzer, requiescit iuxta altare s. Iakobi sub magno lapide, ubi ascenditur ad chorum.[6]

3. V non. Rainoldus ob., a cuius predio de Maladirs habemus plenum servicium. Vitalis de Segabio[b]) ob., qui dimidiam partem predii sui dedit . . . . .[7] Anno 1352 ob. Hermannns de Monteforti ppos. ecclesie Curiensis, requiescit in cripta ante altare Corporis Christi.[8]

4. IV non. Genza uxor Alanconis ob., que suum predium de Umbiligo[c]) dedit. Siso pbr. ob., qui unum agrum ad Navene[c]) dedit.

5. III non. Sigifridus de Cacias ob. Anno 1387 ob. Philippus de Monteforti can. ecclesie Curiensis, requiescit in cripta ante altare Corporis Christi.[8]

6. II non. Otto pbr. et can. ob. anno 1141, qui omne predium suum, quod habuit, videlicet in Sexannis,[d]) Ziranis[e]) et in Tumillis et in Curia et 1 vineam in Melanze[f]) dedit.[9] [Hainricus de Zizurs subdiac. et can. Curiensis ob. anno 1232.[10]]

7. non. Guota ob. [Hainricus pbr. et pleb. de Zizure et can. Curiensis ob. anno 1226.[11] Anno 1297 Eberhardus de Núvenburg can. Curiensis et pbr. ob.] Ob. Ulricus de Schlóvis anno 1381, requiescit cum Predicatoribus.

8. VIII id. [Uolricus de Satilberch can. huius ecclesie ob. anno 1245. Miniga filia Friderici carnificis ob.] Anno 1399 ob. Fridericus Anthyoch notarius capituli Curiensis, requiescit apud S. Martinum in civitate Curiensi.[12]

9. VII id. Peppo pbr. et can. ob. anno 1114. Oliva sor. ob. Liutoldus ob. [Berta de Befurka de Zúzers ob.[13]] [Anno 1423 ob. Andreas dictus Löw sac.,

---

a) *E: Zuzzis.* b) *E: Sagavio.* c) *D: Umblico, Anavene.* d) *E: Schisams.* e) *D: Ziraunis.* f) *D: Malandis.*

1) *Legavit fabricae matricis ecclesiae Curiensis 5 ℔. Const.* 2) *Reliquit totam praebendam suam anni gratiae.* 3) *Legavit ad fabricam 1 ℔. mez.* 4) *Haec ordinatio repetita est aliis diebus quatuor temporum, id est 15. Maii, 14. Septembris, 14. Decembris.* 5) *Reliquit 6 ℔. mez. de domo olim Iohannis Dyetschi in Curtisell.* 6) *Filius eius Iohannes reliquit 8 ℔ mez. annui census de bonis in Schanfigg dictis Campodiel.* 7) *Finis notae integer non est; in eadem decretum esse videtur, ut praedium praedictum, Vitali ipso defuncto, uxori et deinde fratribus Vitalis daretur.* 8) *Reliquit totam praebendam suam anni gratiae in grossa et cotidiana.* 9) *D addit: videlicet 1 solamen ad Sellaus, 1 solamen in Ortas (E: Eitas), in Palude Mortua ½ aratam iugeri, in Cuminanc 1 dies aradure, ad Vallonga ½ iugerum, in Tavidella ½ iugerum, ad Ussche 1 iugerum, ad Bargas 1 iugerum, vineam de molendino et pratum ad Airale et predium in Schammis.* 10) *Dedit annuatim ad reparationem vestium ecclesiae de praedio suo de Zizurs 1 ℔. Mediolanensium in vinea de Massanisge.* 11) *Constituit plenum servitium de praedio suo, scilicet de vinea de Malandis, 2 iugeribus ad Huiuns (E: Hiuns) in loco Tornadore et de prato ad Pra Scenare (E: Scenaie).* 12) *Donavit immobilia bona in civitate Curiensi et in Zützers.* 13) *Reliquit 1 togam ad fabricam.*

rector ecclesie in Brigels, requiescit in Brigels.[1] Anno 1451 ob. Ruodolfus de Sigberg can. ecclesie Curiensis, requiescit in monasterio ante altare s. Gaudentii.[2]

10. VI id. Egino de Lanze[a]) ob., qui predium suum dedit. [Arnoldus can. ob.[3]]

11. V id. Genzo frater ob. Genzo pbr. et dec. huius ecclesie ob. anno 1195, qui tabulam supra aram fieri fecit.[4]

12. IV id. [Wezilo de Schiers[5] ob.[6]] [Anno 1403 Albrechtus Schuoler de Castromuro reliquit capitulo pro remedio anime sue, Iacobi avi sui, Gaudentii patris sui, Elizabethe uxoris sue, infantum, parentum et benefactorum suorum 12 marcas Curiensis estimationis, 8 ℔. mez. pro qualibet marca computandis, requiescit in Vico Suprano. Anno 1428 com. Fridericus de Toggenburg constituit ann. pro se et pro omnibus progenitoribus suis, comitibus de Toggenburg, ac pro uxore sua, domina Elizabetha de Amacia, et eius progenitoribus de Amacia necnon pro comite Walraffo de Tierstain, nepote suo, cum 7 ℔. ₰ Const. de stúra in villa Zútzers.]

13. III id. Rainardus occisus est, qui curiam de Scline[b]) dedit. Henricus Murlinus ob., qui agrum de Bidinniu dedit singulis annis solventem galletam vini in ann° suo in secretario.[7] Anno 1333 ob. miles Ulr. de Asperomonte, requiescit ante altare s. Oswaldi.[8]

14. II id. Diana ob., qui 1 solium s. Laurentio dedit et 2 monilia aurea s. Marię. [Walterus de Silaunnis diac. et can. Curiensis ob.[9] Fridericus com. de Monteforti et can. ob.]

15. id. De Pugo Berta ob., de cuius predio datur mensura vini, modius frumenti, 3 sextaria leguminis et 3 de milio.[10] [Cunradus de Slaunis prebendarius s. Crucis ob. Mathildis ob.[11]]

16. XVII kal. Lieba uxor domini Chuonradi ob.[12] [Eberhardus de Mureizen ob.] Ruodolfus com. de Monteforti constituit ann. pro salute animarum omnium fidelium defunctorum celebrandum feria 6 post dominicam, qua in ecclesia cantatur Letare.

17. XVI kal. [Chuonradus de Schellinberch diac. et custos huius ecclesie ob. anno 1237.] Anno 1356 nobilis domina Berchta de Rutzuns, relicta quondam Iohannis de Rietberg, dedit 25 fl. aureos,[13] requiescit ante altare s. Georii sub lapide minori.

18. XV kal. Henricus pbr. et can. huius ecclesie ob., qui predium suum in vico Lanzis et pratum Tavaus situm cum manu advocati sui Alberti pro remedio anime sue ac sui patris dedit, de quo idem singulis annis eiusdem fratribus 7 caseos solvere debet, 4 in ann° suo et 3 in ann° patris sui. [Hac die data est civitas Ierusalem in manus gloriosissimi imperatoris Friderici. Conradus Silingus[c]) sac. s. Crucis ob. anno 1262.[14]] [Anno 1414 ob. Cuonradus Wächli, alio nomine Flach, sac. can. ecclesie Curiensis, requiescit in ecclesia Curiensi in tumba Surgorum ante altare s. Pauli apostoli sub lapide.[15]]

---

a) *D: Lenzis.* b) *D: Slins, E: Schlins.* c) *E: Schilling.*

1) *Reliquit pro ann° suo, Iohannis Löw patris sui, Elizabethae matris suae, parentum et benefactorum suorum domum suam cum solamine et horreo eidem contiguo et annexo in civitate Curiensi prope portam superiorem, quam domum capitulum contulit in feodum perpetuum pro 18 ℔. mez. Curiensis aestimationis.* 2) *Legavit praebendam anni gratiae cum cotidianis distributionibus et 10 fl. Ren., quibus empti sunt redditus 1 ℔. et 10 β ₰ de agris olim Swigglini de Castromuro et de redditibus 1 ℔. in Emps.* 3) *Dedit 20 ℔.* 4) *D addit: galletam vini de 1 vinea de Malands. Gero debet persolvere 1 modium seguli canonicis de agro de via Mezan.* 5) *E addit: et Ulricus frater eius.* 6) *Galleta vini de praedio eius in Schiers, videlicet de agro Muntiselli (E: Muntschielli) sito iuxta agros villici canonicorum in Schiers. Egino minister Curiensis dictus Dischonz persolvit (D autem: C. de Schiers filius Eberhardi nunc persolvit).* 7) *D addit: galletam filius suus persolvit.* 8) *Reliquit singulis annis de domo et solamine dicto Curteschelle 26 ℔. mez.* 9) *Dedit 9 β merc. ad fabricam ecclesiae s. Mariae.* 10) *D addit: Burchardus can. persolvit.* 11) *Reliquit vestem ad fabricam, quae data est pro 24 β mez.* 12) *Galetta de vinea eius.* 13) *Pro ann° sororis suae et post obitum ipsius etiam pro ann° suo.* 14) *Constituit, ut sacerdotibus ad dictum altare servientibus singulis annis de caminata sua sita ultra pontem 2 β mez. solvantur, salvo iure haeredum suorum.* 15) *Reliquit praebendam suam in grossa anni gratiae suae, non tamen in toto, sed in parte.*

19. XIV kal. [Anno 1432 ob. Iacobus von Hof civis Curiensis, requiescit in cimiterio S. Martini civitatis Curiensis.[1]]

20. XIII kal. [Adelhaytha filio Friderici carnificis ob.] Anno 1386 ob. Ruodolfus de Schowenstain filius olim Ruodolfi de Schowenstain, requiescit ante monasterium sub lapide cum 3 piscibus.[2]

22. XI kal. [Anno 1275 Ulricus de Liehtenstain miles ob.[3]] Anno 1370 ob. Philippus de Hoest can. ecclesie Curiensis, requiescit ante altare s. Georii sub lapide maiori.[4]

23. X kal. Meroaldus pbr. ob. Meroaldus pbr. et can. ob. anno 1117.[a])

24. IX kal. [Elisabetha ob. de Nanzigen.[5]] Anno 1355 ob. frater Ulricus de Lenzburg ordinis s. Augustini, eps. Curiensis, requiescit in sepulchro episcoporum prope fontem.[6] Anna uxor domini Uolrici Waltheri de Belmont ob., requiescit ante altare beate Marie Magdalene.[7] [Anno 1417 ob. Iohannes Annhuser can. prebendatus ecclesie Curiensis, requiescit in ecclesia Curiensi prope Sepulchrum Domini.[8]

25. VIII kal. Liugart ob. l[a].

26. VII kal. Egino de Macie ob., qui quondam partem ecclesie de Ardez cum decima dedit.

27. VI kal. Chonradus Curiensis eps. ob. anno 1150. Heinricus ob. anno 1150. [Berta ob.]

28. V kal. Anno 1332 submersus est Wilhelmus pellifex in Reno, requiescit apud S. Martinum.[9]

29. IV kal. Richenza de Sinne ob. Victor senex ob. Waltherus pbr. . . . [Ruodolfus de Asperomonte can. ob.] Anno 1387 ob. Brúnli de Emptz can. ecclesie Curiensis, requiescit in Emptz Inferiori.[10]

30. III kal. Inventio corporis s. Lucii confessoris[b]) anno 1108. Agnesa ob.

31. II kal. Officia ob. Gisela ob. Anselmus de Nanzingen ob. [Ruodolfus de Walastade ob.[11]] [Anno 1437 submersus est Ruodolfus Plant armiger, tunc temporis advocatus civitatis Curiensis, in Reno sub castro Wartenstain, requiescit in tumba de Schowenstain cum 3 piscibus in lapide sculptis ante monasterium.[12]

APRILIS.

1. kal. [Conradus Curiensis can. et pleb. de Prigantia ob. anno 1239. Anno 1275 Waltherus can. et sac. Curiensis de Castromuro ob.] Anno 1331 Andreas minister de Planther ob., qui legavit equum et arma sua, que vendita fuerunt pro 9 marcis, requiescit in capella beate Marie Magdalene.[13] Anno 1389 ob. magister Ruodolfus Stukki, Curiensis et Brixinensis ecclesiarum can., requiescit in Brixina.[10] [Anno 1453 ob. Conradus Wellenberg can. ecclesie Curiensis, requiescit in Constantia.[14]]

3. III non. Chonradus can. ob. anno 1145. Guota ob. anno 1158. Cuno ppos. maioris Curiensis ecclesie ob., qui dedit 100 modios et ecclesiam beati Iohannis Baptiste tactam incendio donavit recto,[15] cuius anima requiescat.

---

a) *Haec duo nomina ab eodem scriptore scripta sunt.* b) *E: regis et confessoris.*

1) *Reliquit 8 ℔. mez. de domo, quam habet dictus Schütz.* 2) *Dedit 42 fl. in auro.* 3) *Reliquit quicquid habuit in feudo ab ecclesia Curiensi.* 4) *Reliquit totam praebendam suam anni gratiae tam in grossa quam in cotidiana ac lectos et lectisternia et utensilia sua et omnes res suas, quae omnia vendita sunt pro 33 ℔. Const.* 5) *Dedit ad fabricam 2 ℔.* 6) *Auctoritate Sedis Apostolicae de consessu et promotione eiusdem ep[i] incorporata est capitulo Curiensi ecclesia s. Valentini vallis Venustae. Ob beneficia ab eodem large collata capitulum ordinavit, ut ann. eius celebretur in vigilia Annuntiationis s. Mariae.* 7) *Dantur 6 ℔. mez. de curte dicta Schlavenasca in Valls.* 8) *Dedit totam praebendam suam anni gratiae cotidianam; praeterea etiam aliqui fructus anni gratiae in grossa, qui partim creditoribus eius sunt dati, ad capitulum pervenerunt.* 9) *Reliquit 2 ℔. mez. de domo murata iuxta Curtischelle.* 10) *Reliquit totam praebendam suam anni gratiae tam in grossa quam in cotidiana.* 11) *Reliquit ad fabricam matricis ecclesiae 3 ℔. mez.* 12) *Haeredes eius tradiderunt 20 fl. Ren. in prompta pecunia.* 13) *Hac summa comparati sunt redditus 3 ℔. 12 β ex molendino sub macello.* 14) *Reliquit 65 ℔ et 6 β ₰, quibus emptae sunt 22 ℔. mez. de domo Uolrici Fischer retro domum Marcanziae, ubi itur ad domum aestuarii inferioris, et 1 ℔. et 4 β de horto Philippi Rebstain in Scalethen, et residua pars secundum chyrographos desuper confectos.* 15) *D: qui ecclesiam beati Iohannis Baptiste et s. Ulrici construxit.*

[Ob. Hanrici Mellis sacerdotis et can[i] Curiensis anno 1251. Ob. Henrici nobilis de Ruzuns, militis, qui construxit altare in monasterio Curiensi in dextro latere situm et illud dotavit cum 1 ℔. mez.[1]] Anno 1343 ob. magister Iohannes de Luzeria dictus Kotman, iudex istius ecclesie.

4. II non. Imia ob., quę 1 coloniam in Luzene dedit. Franco pbr. et can. ob., qui vineam suam in Curia dedit. Victor Aquila ob. Egino pbr. et can. et dec. ob. anno 1153. Pero pbr. ob. Guota sanctimonialis ob. anno 1156. Albero de Monteforti dec., scholasticus et custos ecclesie Curiensis ob. anno 1311, requiescit ante altare s. Pauli.[2] [Anno 1452 ob. Ruodolfus de Castromuro miles et eodem anno, die 22. Maii, ob. Amalya de Iuvalt olim uxor legitima prescripti Ruodolfi, requiescit miles prescriptus in tumba de Castelmur et domina Amalya in krippta ante altare Corporis Christi sub lapide.[3]]

5. non. Guota de Malle ob. [Anno 1209 ob. Albericus pbr. et can.[4]] [Anno 1424 Ruodolfus Bellezun dec. ecclesie Curiensis exivit de curia Romana et prope civitatem Papie circa Padum gladiis impiorum occubuit, requiescit in Papia.[5] Anno 1454 ob. armiger Hartmannus Ampseler, qui reliquit arma sua bellica, que vendita sunt pro 20 fl., requiescit ante altare s. Oswaldi in tumba dominorum de Asperomonte.[6]]

6. VIII id. Nanno de Ramuscie ob. Eglofus de Flumen ob.

7. VII id. Petrus ob. [Anno 1287 Ruodolfus abb. Desertinensis ob.]

8. VI id. Andreas pbr. et can. ob. Wernherus pbr. et can. ob. [Anno 1275 domina Signa, uxor domini Ulrici de Lichtenstain ob.] David sac. ob. anno 1309.[7] Anno 1367 Ulricus de Ulma, dictus maister Uotz, donavit 20 fl. auri ad ann.[8] suum, Margarethe uxoris sue, Egloffi de Lenz et Petri dicti Schuoler, maritorum predicte Margarethe, omnium infantum ipsorum ac patrum et matrum eorundem Uolrici et Margarethe, requiescit apud S. Martinum.

9. V id. Wecil occisus est. Ruodolphus pbr. et can. ob. anno 1113.

10. IV id. Siso pbr. ob. Geroldus cv. ob. Ello pbr. et can. ob. anno 1127. Wecilo frater de Maladres ob., qui predium suum in vico Maladres ac omnem proprietatem, tantum ac tale, quantum et quale ex hac parte Reni habuit, excepta sola domo lapidea, dedit.

11. III id. Uodalricus Belso ob., qui predium suum in Pertennis in valle Prumari et 1 vineam in Melanze dedit. Rangerius ob., qui agrum suum dedit Curie. [Bertoldus de Veltkilche pbr. et can. ob. anno 1213.[9] Wezilo scolaris de Zizure ob. apud Ravennam anno 1216.] Anno 1330 ob. Ruodolfus de Schowenstain filius quondam Burchardi de Schowenstain militis, requiescit ante monasterium sub lapide cum 3 piscibus designato.[10]

12. II id. Ulricus abb. S. Galli ob.[11] Conradus de Lichtenstain Curiensis can. ob.

---

1) *Insuper dedit ad fabricam s. Mariae 10 marcas.* 2) *Legavit praebendam anni gratiae suam, qua comparata est domus lapidea confinans (sic) ex parte superiori cum strata, per quam itur ad Praedicatores. — Census et possessiones apud Clavutz, Archas, Nigerol, Saluvers, Blattun et in Curia a dicto Alberone altari s. Pauli datos pro remedio animae ipsius, Ulrici quondam decani Curiensis, patrui eius, et aliorum in sepulchro eius retro portam magnam monasterii, quondo intratur, ad manum dexteram sito requiescentium D 24. Ianuarii enumerat.* 3) *Ambo reliquerunt 14 ℔. mez. de censibus suis in Sayns et Trimuns.* 4) *Dedit praedium suum in vico Cizurs. D autem dicit: Albericus can. Curiensis, de cuius agro Mazzanisch in Zizure datur galleta. Conradus de Zizur de medio vico persolvit.* 5) *Reliquit ecclesiae 40 ℔. H. Curiensis monetae de praebenda anni sui gratiae. Iam anno 1393 idem sub exspectatione praebendae pro agenda sua et post obitum pro ann° suo peragendo dedit 20 fl., quibus capitulum emit certum redditum vini a Cunrado dicto Murer in Malans (in appendice G scriptum).* 6) *His et aliis 20 fl. per dominum Conradum de Randegg relictis et 4 ℔. ₰ appositis empti sunt census annui 36 ß et 8 ₰ in Genynnis de curia olim Ort.* 7) *Reliquit ad opus s. Mariae vestimentum valens 13 ℔. mez.* 8) *Celebratur in vigilia s. Martini [10. Nov.].* 9) *Emit praedium de Alundine situm in valle Portennis pro 100 ℔., ut sua et fratris sui Conradi memoria habeatur.* 10) *Reliquit redditus 6 ℔. mez. de pratis sitis iuxta civitatem Curiensem in Tydes.* 11) *Emit praedium Belsonis et dedit insuper 10 ℔.*

Anno 1329 ob. Fridaricus de Emptz can. ecclesie Curiensis, requiescit ante reclusam in ecclesia Curiensi.[1]

13. id. Wecil ob. [Chuonradus de Aspirmuont Curiensis can. ob. anno 1223.[2] Ella ob. anno 1247, pro cuius memoria habenda supremum velum acu pictum in altare s. Marie datum est.] Anno 1344 ob. Uolricus de Enna can. Curiensis, requiescit ante altare s. Katharine.[3]

14. XVIII kal. Gottefridus ob. [Heberhardus dictus Epo ob.[4] Adeletis ob.[5]]

15. XVII kal. [Iohannes subdiac. et pleb. de Faduzze ob.[6]] [Anno 1434 ob. Iohannes de Sengen can. Brixinensis et quondam Curiensis ecclesiarum, requiescit in Brixina.[7]]

16. XVI kal. Ordinatio domni Eginonis, Curiensis ep[i], anno 1167, qui 12 modios grani de parte decime, quam emerat in Cuaraizene et decimam de curte s. Hilarii, quam Chuonradus can. habuit, dedit, ut eius memoria in ordinatum et post obitum eius habeatur. Otto pbr. et can. Curiensis ob., qui librum matutinalem et psalterium in uno volumine dedit in cryptam. [Iohannes Balvo ob.[8]]

17. XV kal. Lebucio pbr. ob.

18. XIV kal. Egino pbr. et can. ob. anno 1132, qui partem ecclesię, quam habuit in Castello, cum decima dedit.

19. XIII kal. Genzo pbr. et can. et dec. huius ecclesię ob. anno 1137, qui predium suum de Umbilico et vineam de Melanze dedit. Garilda ob. Ob. Elisabeta mater villici Wernheri.[9] Anno 1387 ob. Hainricus Saetelli de Veltkirch dec. ecclesie Curiensis, requiescit in Veltkirch.[10] [Anno 1446 ob. Iohannes Lupfensack can. ecclesie Curiensis, requiescit in ecclesia Curiensi ante altare beate Catharine virginis.[11]]

20. XII kal. Siso ob. Uodalricus pbr. de Tinnazune[a]) ob.

21. XI kal. Gothefridus occisus est. [Henricus Albegew pbr. et can. ob., qui librum decretorum fratribus reliquid (*sic*). Swicherus de Asperomonte custos et can. huius ecclesie ob. Ello mater vicedomini Symonis ob.]

22. X kal. Gisela ob.

23. IX kal. Uodalricus mansionarius ob. [Burchardus, H., Berta dicti Salusce ob.[12]] [Anno 1445 ob. Heinricus de Lumerins armiger, requiescit in Sigens.[13]]

24. VIII kal. Dominica de Caminata ob., que ultra pontem 2 modios tritici dedit.[14] Otto de Clurne ob. [Anno 1415 Iohannes de Mollen de valle Bertenna donavit ob remedium anime sue et uxoris sue Ursule et etiam patrui sui Adam Galtzerank 12 ℔ mez. Curiensis monete annui census in et de bonis suis, de curia dicta Fawun, sita, ubi dicitur Uff Schuders, qui ob. anno 1426, requiescit in Schiers.]

25. VII kal. [Bero scolasticus et can. ob.[15]] [Anno 1446 ob. Federicus Fisner de Veltkirch pbr., can. ecclesie Curiensis, requiescit ante altare s. Iakobi penes murum in ecclesia Curiensi.[16]]

a) *D: Tingizun.*

1) *Reliquit redditus 6 ℔ de domo comparata a villico dicto Pischen.* 2) *Dedit ad reparationem vestium ecclesiae pratum Davozeme cum casamento solvens 7 β merc. in caseo, de quo etiam annuatim datur galetta vini.* 3) *Reliquit totam praebendam anni gratiae suam cum cotidiana pro ann^o suo et pro ann^o Uolrici de Enna militis.* 4) *Reliquit 5 β Const. ad fabricam s. Mariae.* 5) *Dedit manuterium ad aram s. Mariae.* 6) *Dedit vineam ad pontem Plaussurae, de qua datur annuatim galleta vini.* 7) *Reliquit 50 fl. in auro ad ornatum et ad ann. suum, quibus emptus est pannus sericus ad 2 cappas. Pro residuis florenis dat capitulum ad ann. 8 ℔ mez.* 8) *Dedit 1 vaccam ad altare s. Crucis.* 9) *Reliquit 12 imperiales ad altare s. Crucis annuatim de agro dicto de Patellu apud Umblico.* 10) *Reliquit redditus 10 ℔ mez. de domo sua in castro Curiensi.* 11) *Reliquit 10 ℔ et 16 β mez.* 12) *Dederunt ad fabricam 3 β Const.* 13) *Reliquit 4 ℔ mez. de curia Ryen in Lugnitz, de qua cedunt capitulo 8 ℔ mez. a quondam Iohanne de Lumeryns armigero derelictae.* 14) *D addit: Ruodegerius de Liehtenstain persolvit.* 15) *Dedit 12 ℔.* 16) *Legavit praebendam anni gratiae cum cotidianis distributionibus, quibus empti sunt redditus 10 β ₰ Const. ab Eglolfo de la Porta de bonis et vinea in Scaletten.*

26. VI kal. Victor pbr. et can. ob. anno 1111, qui predium de Ultra Ponte dedit. Gillus cellerarius ob. Burchardus l. ob. [Ruodolfus de Hoiste ob.[1]]

27. V kal. Wecil subdiac., Curiensis ecclesie can., ob. anno 1161. Otto occisus est.[2]

28. IV kal. Egino frater ob. Berta l^{a} ob. [Mazina de Zuzurs ob.[3]]

29. III kal. Ordinatio domni Chuonradi huius ecclesię ep^{i} anno 1123. Luduicus de Saluc ob.

30. II kal. Manegoldus et Gotti ob. Ficia l^{a} de Silles ob. Anno 1324 ob. magister Waltherus de Scafusa, can. ecclesie Curiensis, requiescit in Constantia.[4]

MAIUS.

1. kal. Henricus de Castrisis diac. et can. ob., qui unum agrum in Peneduze dedit. Dominicus de . . . Fecie de Meis ob.[5]

2. VI non. Gillutus ob. Adeleta de Muraizen[a]) ob. Anno 1346 Cuonradus de Marmorea advocatus in Ryams dedit 40 fl. aureos[6] ad peragendum ann. suum et omnium subscriptorum, videlicet Andree militis de Marmorea, avi sui, Liote uxoris sue, Symonis quondam advocati in Ryams, filii eorum, Flandrine uxoris sue et infantum suorum, scilicet Andree, Symonis, Gaudentii, Iacobi,[7] Lune, Catharine et Cuonradi prescripti et Anne neptis eorum nec non Elisabeth uxoris predicti Cuonradi; requiescit sub scutis dominorum de Marmorea, ubi ascenditur ad chorum.

3. V non. Uolricus Birenburch ob.[8]

4. IV non. Juditta ob. [Henricus de Fluminis ob. anno 1262, qui castrum de Fluminis cum adtinentiis suis ecclesie Curiensi dedit.] Anno 1373 Symon Mairugg sac. dedit 24 fl. auri, requiescit prope clusam in monasterio sub lapide.

5. III non. [Cuonradus de Fluminis frater domini Ulrici de Fluminis ob.]

6. II non. Egino pbr. can. scholasticus et dec. huius ecclesie ob. anno 1173.[9] [Anno 1411 Iakobus von Hof civis Curiensis dedit capitulo Curiensi 8 ℔ mez. perpetui census de domo sua, quam a capitulo habet in perpetuum feodum et sub annuo censu in civitate Curiensi in Foro Superiori sita.[10]]

7. non. Otto imperator ob. Adeleita l^{a} de Saluco ob., que partem decime sue de Vaze 10 modios grani solventem dedit. [Erchenrat de Nanzingin ob.[11] Agnesa, Coradus et Iohannes Ma . . . .[b])] Ob. Hainricus de Kissleg dec. ecclesie Curiensis, requiescit ante sepulchrum episcoporum prope fontem.[12]

8. VIII id. Meralldus pbr. ob. Burchardus de Asperomonte ob., qui predium de Vaze dedit.[13] Anno 1378 ob. Uolricus de Schowenstain can. ecclesie Curiensis, requiescit ante altare ss. Pacidi et Sigisberti in anteriori sepulchro.[14]

9. VII id. Hagnesa de Asperomonte ob.

10. VI id. Wernerius pbr. can. et dec. ob. anno 1140, de cuius predio de Maladars datur plenum servicium. Menfridus pbr. et can.

---

a) *Nomen certe non legendum.* b) *Nomen ad dimidiam partem abscisum est (Macitia?).*

1) *Dedit vineam dominus Ottho, frater eius, ad altare s. Crucis.* 2) *D addit: sex casei de predio eius de Lenz.* 3) *Dedit ad fabricam 35 β.* 4) *Legavit praebendam suam totam, qua empti sunt redditus 8 ℔ mez. de domo et prato quondam Alberti dicti Partipan, prebendarii s. Crucis.* 5) *Reliquit ad fabricam togam, quae valuit 3 ℔.* 6) *Post obitum Cuonradi iterum dati sunt 20 fl.* 7) *Pro ann^{o} Iacobi de Marmorea militis et uxoris eius, qui ambo in Katz requiescunt, in vigilia s. Michaelis [28. Sept.] peragendo anno 1382 Margaretha filia eiusdem, uxor militis Ulrici dicti Mund, cum filia sua Anna, conventuali monasterii in Katz, pro tempore vitae suae et mariti sui praedicti de possessionibus suis in monte Sayes annuatim 4 ℔ mez. constituit. (Nota 29. Sept. adscripta.)* 8) *Reliquit ad fabricam pellicium, quod datum est pro 25 β mez.* 9) *D (13. saec.) addit: de predio eius servicium: 2 oves, mensura vini, modius frumenti, Hermannus de Lupins persolvit.* 10) *Haec nota 29. Aprilis inscripta est.* 11) *Reliquit mediam marcam ad fabricam.* 12) *Reliquit Andreas Vogler can. Curiensis, patruus eius, totam praebendam cotidianam suam anni gratiae.* 13) *D addit: galleta de eodem prato in Vazasche, Swicherus de Aspirmunt persolvit.* 14) *Reliquit pro ann^{o} suo et patris sui Gotfridi de Schowenstain certam partem praebendae suae anni gratiae.*

ob. anno 1141, qui predium suum in Pertennis ad Bargas dedit. Oliva ob. Anno 1388 ob. dictus Prime scriba olim Iohannis epi, requiescit ante vestibulum monasterii iuxta statuam, ubi itur per cymiterium super curiam usque castrum.[1]

12. IV id. Gisela uxor Martini ob. [Anno 1283 ob. Swiggerus[a]) dictus Calindus[a]) pbr.] Ulricus de Fossato ob., prebendarius s. Crucis. Anno 1324 Iacobus de Marmorea miles ob., qui occisus est ante castrum Marzhenins in servitio ecclesie.

13. III id. Geroldus abb. Fabariensis ob. Stephanus acolitus ob. [Dietmarus can. Curiensis ob. anno 1245, pro cuius ann° celebrando 2 gradualia s. Marie scripta sunt et in pulpitis concatenata.] Conradus de Valendaus pleb. ob., qui scripsit 2 gradualia concatenata in pulpitis super chorum. Anno 1344 ob. Fridericus de Nentzingen dec. ecclesie Curiensis, requiescit ante altare s. Mauritii.[2]

14. II id. [Adilheita ob.]

15. id. Adeleita ob. [Anno 1283 dominus Egno Shilling ob.[3]]

16. XVII kal. Bertoldus ob. Wernerius subdiac. et can. ob. anno 1147. [Heberardus Warinus ob.]

17. XVI kal. Waldo Curiensis eps. ob., qui ecclesiam s. Laurentii in Pludene et ecclesiam s. Martini in Piure et quantum ibi habuit et ecclesiam s. Michahelis in Scline et capellam s. Marię dedit. Wido Curiensis eps. ob., qui curiam de Asiere cum coloniis et mancipiis et quicquid ad ipsam curiam pertinet et vineam de Clavenna cum casa et silva dedit et unum hospitale in honorem s. Petri in Septimo Monte construxit, ex quo plenum servicium eisdem fratribus per singulos annos dare instituit, ob. anno 1122. [Rodulfus de Tumilles subdiac. et sacrista ecclesie Curiensis ob.[4]]

18. XV kal. Adaleita ob. Anno 1317 Egloffus de Schowenstain ob., requiescit in Katzz.[5]

19. XIV kal. Albertus de Iuvalto ob., qui 1 pratum ad Mairans dedit; pro eius remedio animę Sigifridus pater suus etiam decimam, quam Rautine in beneficio habuit, cum manu epi Chuonradi eisdem fratribus dedit .... Odalricus pbr. et can. ob. anno 1156. Iohannes pbr. et can. ob. anno 1181. Gisila ob.[6] Nobilis vir Hainricus de Belmont ob., qui post mortem fratris sui Conradi, quondam Curiensis epi, construxit in monasterio s. Marie 2 altaria, videlicet s. Conradi et s. Marie Magdalene, dotando dicta altaria cum certis redditibus sitis in villa Empz et in valle Lugnitz, prout in libro missali pertinente ad predictum s. Conradi altare continetur, anno 1307, requiescit ante altare s. Marie Magdalene.[7]

20. XIII kal. Gottifridus ob. Anno 1303 ob. Berchta de Zerans, requiescit ante monasterium ad dextram manum prope statuam exeundo de monasterio.[8]

21. XII kal. Uodalricus ob. Anno 1305 dedicatum est altare iuxta altare s. Catharine in honorem Petri et Pauli apostolorum, s. Florini confessoris, Pantaleonis martiris et Lucie virginis a Sigifrido ep° Curiensi, et dedicatio eiusdem altaris est celebranda annuatim in crastino Pentecostes et durat 8 diebus; insuper dedicatum est hoc altare in honorem 11000 virginum; item est ibi de loco, ubi Christus natus est; insuper in honorem Mauricii et sociorum eius, insuper in honorem Pancracii dedicatum est

a) *Nomen certe non legendum.*

1) *Reliquit 4 ℔ mez. redditus de domo magna lapidea in civitate Curiensi.* 2) *Reliquit 6 ℔ mez. de domo et caminata quadam iuxta stratam publicam, qua itur ad Praedicatores.* 3) *Reliquit 20 β mez. annuatim ex domo et vinea sua canonicis s. Crucis.* 4) *D (18. Maii): Rodolfus subdiac. et sacrista ob. anno 1257.* 5) *Legavit 60 ℔ mez.* 6) *Galletta vini de praedio viri eius datur.* 7) *Confer 1. Sept.* 8) *Reliquit 8 β mez. pro vino bibendo in secretario de cellario retro domum Symonis vicedomini, quam ipsa nunc tenet, et pratum dictum Cluse, quod tenet Iohannes Winzürl.*

hoc altare. Anno 1326 magister Uolricus de Veltkirch, can. ecclesie Curiensis ob., requiescit in Veltkirch.[1]

22. XI kal. Swicherus de Malle ob. anno 1152.

23. X kal. Anno 1331 ob. Iohannes eps. Curiensis, dictus Pfefferhart de Constantia, qui captivus tenebatur in castro Tüfelsruggen et sepultus [est] in Binzhain dioecesis Basiliensis, et erat captus per . . . de Grünenberg nobiles et in captivitate mortuus. Cuonradus miles dictus de Subvia ob.

24. IX kal. Egino de Malatro ob. Anno 1326 domina Lucardis, mater domini Donati de Vatz, ob.

25. VIII kal. Marcwardus de Sellaunes[a]) occisus est, qui vineam unam ad Tremunem dedit. [Anno 1402 circa festum s. Urbani[2] pape Ioh. de Unterwegen armiger et domina Elisabeth de Ringgenberg, eius legitima uxor, tradiderunt vineam eis propriam sitam sub foramine monasterii s. Luzii et sub via, qua itur versus villam Maladers.[3]]

26. VII kal. [Anno 1208 dedicatum est altare in medio ecclesie in honorem s. Crucis, Stephani protomartiris, Briccii ep^{i} et confessoris, Marie Magdalene, Emerite virginis et martiris a Reigerio[b]) Curiensi ep^{o} et dotatum est ab eo pretio 10 β merc. et 10 ₰ merc. in servitio in curte de Anders in Sisams.[c]) [4]]

27. VI kal. Sicherius de Heremuscię pbr. ob.

28. V kal. [Mahtilda ob. Offimia de Lichtenstain ob.[5]]

30. III kal. [Ulr. de Saccho ppos. Curiensis ob. anno 1227.[6] Egeno minister dictus Dischuns ob.[7]]

IUNIUS.

1. kal. Iohannes pbr. et can. ob. anno 1096. Ob. Engelberga.[8] [Anno 1300 Iacobinus de Porta occisus est.] Ruodolphus magister et can. Curiensis de Lindaugia ob.[9]

2. IV non. Sicherius ob., qui predium suum de Side[d]) et 1 vineam in Curia dedit. Dedicatio chori et altaris s. Marię a Bernone ep^{o} consecrati anno 1178. [Wilfilda filia Keronis ob. anno 1263.[10] Albertus subdiac. de Rankwil ob.]

3. III non. [Anno 1290 ob. Fridericus de Monteforti eps. Curiensis. Eadem die ob. Albero subdiac. et can. Curiensis, de Monteforti, patruelis custodis eiusdem nominis, qui glossavit decretum capituli propriis expensis.]

4. II non. Dominicus pbr. ob. [Anno 1265 consecrata est ecclesia et altare beate Marie Curiensis per Hainricum ep^{m} Curiensem, cuius ecclesie dedicatio semper in octava Pentecostes est celebranda.] Anno 1369 ob. Hainricus rector ecclesie in Zútzúrs, requiescit ante altare s. Mauritii.[11]

5. non. Anno 1311 ob. Cuonradus dictus Phenning sac., requiescit retro ianuam monasterii.[12]

---

a) *D: pbr. de Silwanis.* b) *D: Rangero.* c) *D: Scames.* d) *D: Schidis.*

1) *Legarit ½ praebendam anni gratiae suam et ½ cotidianam; propter guerram capitulum de ea tantum habuit 60 ℔., et ideo dat capitulum de domo iuxta s. Florini capellam 3 ℔. pro ann^{o} eius.* 2) *Celebratur 25. Maii, attamen haec nota 14. Maii addita est.* 3) *Pro ann^{o} suo, parentum et filiorum suorum celebrando feria secunda post Dedicationem ecclesiae Curiensis.* 4) *Hoc fecit eps. pro memoria domini Conradi de Mazis et sua ipsius post mortem suam habenda et exinde plenum servitium in Exaltatione s. Crucis fratribus dandum constituit.* 5) *Reliquit 6 ℔. mez. ad opus s. Mariae.* 6) *Dedit vineam de Ieninnis s. Mariae, de qua dantur 40 gallettae bibendae in sacrario, ut post completorium cantetur antiphona „Gaude dig.“ in sabbatis.* 7) *Dedit agrum in Nigerol solventem annuatim 1 β merc.* 8) *Galeta de solamine eius ad . . . .* 9) *Galetta vini de prato in Tidis.* 10) *Dedit 1 ℔. mez. in aedificatione monasterii.* 11) *Reliquit 45 ℔. mez. annuatim de suis 4 secatis pratorum prope civitatem Curiensem sub Scaletta.* 12) *Legavit praebendam anni gratiae, qua pecunia et alia empta est alpes in Schanfigg dicta Vinden a Syfrido ep^{o} Curiensi.*

6. VIII id. Uodalricus occisus est, qui predium suum in valle Prumari in Pertennis dedit. Burchardus l. ob.

7. VII id. [Wecilo pbr. et pleb. ecclesie s. Martini ob. anno 1276.] Martinus de Mandello ob.[1] [Anno 1459 ob. miles Iohannes de Marmorea, requiescit in Tynczen.[2]]

8. VI id. Sicherius de Malle ob. Otto pbr. et can. ob. anno 1111, qui predium suum ultra pontem et vineam in Melanze dedit. Udalricus ob., qui predium suum Curie situm de hortis dedit.[3] [Chunzo filius Ingoldi ob.[4] Minicus cellerarius de Sewenz ...]

9. V id. Uodalricus de Aspermonte ob.

11. III id. Fridericus imperator ob. Anno 1350, anno videlicet magne mortalitatis seu epydemie, Ruodolfus de Erenvels dedit 40 fl. aureos, in remedium anime sue et suorum parentum ac specialiter Wilhelmi dicti Zem Stain et uxoris ipsius Wilhelmi iam defunctorum,[5] requiescit in Tumlásch. [Anno 1409 ob. Hainricus de Griffense can. et cantor ecclesie Curiensis, requiescit ante altare s. Oswaldi in tumba de Aspermont in monasterio.[6]]

12. II id. Magister Iohannes scolaris Curiensis de Zovingen.

13. id. Sigefridus m. ob.

14. XVIII kal. Uodalricus Caciensis ob. Adelhaydis dicta Bogerin ob., que dedit albam ad s. Crucem cum humerali.

15. XVII kal. Vigilius ppos. ob. anno 1113, qui vineam unam de Melanze dedit. Albertus de Fossato pbr. ob.

16. XVI kal. [Victor subdiac. Curiensis ob.[7]] [Anno 1408 ob. Fridericus Tumb de Núnburg armiger, requiescit in monasterio ante altare Omnium Sanctorum.[8]]

17. XV kal. Matilda ob.[9] [Zenzo custos et can. Curiensis ob. Uolricus de Chiburch eps. Curiensis ob. anno 1237, qui officium cantoris instituit certos ad ipsum reditus consignando.] Florinus Rabiuz ob.[10]

18. XIV kal. Anno 1318 ob. Ruodolfus Surio filius quondam Iohannis Surionis, requiescit ante altare s. Pauli.[11]

19. XIII kal. Albertus de Castrise ob., qui vineam suam de Melanze dedit. Constantius pbr. et can. ob. anno 1105, qui predium suum de Peneduze et agrum in Pulveraria dedit.[12] [Anno 1289 ob. Ruodolfus miles de Moraizen, ministerialis ecclesie Curiensis.[13]] Anno 1332 ob. et occisi sunt in castro Vallendaus Hainricus dictus Surio et Ruodolfus patruus suus, quorum equi et arma assignati fuerunt capitulo Curiensi et venditi sunt pro 10 marcis ponderis Curiensis,[14] requiescit (*sic*) ante altare s. Pauli.

20. XII kal. Chuono occisus est. Victor ob. Ugo ob.[15] [Anno 1429 ob. Nicolaus Kar-

---

1) *Reliquit ad fabricam 4 ℔. et ad s. Crucem 1 ℔.* 2) *Reliquit 1 ℔. annui census de curti, quam libri et haeredes Laurentii de Tynczen ab ipso in feodum tenent, de qua Ursulae de Marmorea uxori ipsius etiam 3 ℔. annui census cedunt. Ann. habetur in tumba Dietegen de Marmorea.* 3) *Galetta de eodem praedio.* 4) *Constituit 4 β ad altare s. Crucis annuatim de domo sua.* 5) *Memoria ipsius Rudolfi hoc die et post mortem ann. eius die obitus celebrabitur.* 6) *Reliquit pro ann° suo et patris sui omnes fructus anni gratiae suae. — Anno 1424 Petrus de Griffense armiger dedit pro agenda sua et uxoris suae Ursulae de Aemptz et Ruodolfi filii sui et post obitum suum pro ann° suo et praedictorum et omnium amicorum et benefactorum suorum de Haldenstain, Asperomonte et Wolan 8 ℔. mez. perpetui census de vinea sua in Trymuns. (Nota, die omisso, in appendice G adscripta.)* 7) *Dedit patrimonium suum ecclesiae.* 8) *Reliquit curtim suam dictam Mont in monte villae Vatz Inferioris, spectantem ad parrochiam in Zützers, quam perpetuum feodum Nicolaus et Bertich dicti Wallser, fratres, pro annuo censu 24 caseorum mercedis et 12 bynariorum butiri possident.* 9) *Galleta de agro eius de Budennen. D (13. saec.) addit: Heinricus filius Murlini persolvit.* 10) *Legavit fabricae matricis ecclesiae 5 ℔. mez.* 11) *Reliquit 10 marcas, 8 ℔. mez. pro qualibet marca computatis, quibus empti sunt redditus 3 ℔. et 4 β de domo dominae Berchtae Scornagatte.* 12) *D addit: de eodem predio datur proxima die post octavam s. Galli mensura vini, modius tritici, Rabazuc persolvit.* 13) *Dedit pro remedio animae suae et dominae Adilhaidis, uxoris suae, 200 ℔. mez. ad emendum aliquod allodium; confer 28. Iunii.* 14) *Eisdem empti sunt redditus 4 ℔. mez. de prato in Tydes.* 15) *Galleta de prato eius de Fersal. D addit: ultra pontem, ppos. S. Lucii persolvit.*

letti, qui submersus est in Reno iuxta castrum Furstno, requiescit in tumba ante reclusam sub lapide, ubi requiescit Gunthelmus Schorandi.[1]]

21. XI kal. Anno 1374 ob. Hainricus can. Curiensis, pleb. in Tyrol, requiescit in Tyrol.[2]

22. X kal. [Anno 1292 Iohannes vicedominus, civis Curiensis, ob.[3]]

23. IX kal. Tiethemarus ob. [Anno 1288 ob. Diemuta famula capituli Curiensis.[4]]

24. VIII kal. Lopicinus pictor ob. Dominicus occisus est. [Swicherus vicedominus.[5]]

25. VII kal. Wanboldus pbr. ob. [Anno 1273 Iacobus de Castronovo custos Curiensis ob., qui construxit altare s. Iacobi, quod post mortem domini Eberhardi de Novo Castro conferre debet, quicunque tunc fuerit decanus, sed nulli non sacerdoti.]

26. VI kal. Wecel ppos. ob. anno 1095. Henricus de Lihtensten ob. anno 1180, qui predium suum de Umblico dedit.[6] [Hermannus de Muldins can. Curiensis ob. anno 1287.] Anno 1370 ob. Flandlina relicta olim Simonis de Mar[morea] advocati in Ryams, requiescit ante monasterium sub lapide vor dem gewölb.[7]

27. V kal. Remedius Curiensis eps. ob. Guota ob. Cuonradus dictus Schorand et Anna uxor eius legitima et filii eorum Iohannes et Iudocus ob.[8]

28. IV kal. Burchardus pbr. et can. huius ecclesie ob. anno 1172. Sicherus de Midezins diac. et can. huius ecclesie ob. anno 1179, de quo plures libros habemus. [Ob. domina Adelhaidis de Moraiscens.[9]]

29. III kal. [Uolricus Macus subdiac. ob. anno 1288. Ann. Uolrici de Bodman subdiac[i], can[i] ecclesie Curiensis,[10] qui ob. anno 1298 in die Petri et Pauli in nocte.[11]]

30. II kal. Anno 1388 ob. Iohannes de Ehingen eps. Curiensis, requiescit in tumba episcoporum in monasterio iuxta fontem.[12]

IULIUS.

1. kal. Anno 1321 ob. Fridericus de Bludentz can. ecclesie Curiensis, requiescit in Bludenz.[13]

2. VI non. Herbrandus occisus est. Anno 1319 ob. Wernherus de Mengen quondam dec. in Veltkirch, can. Curiensis, requiescit retro ianuam monasterii.[14]

3. V non. Richeza ob.

4. IV non. Heinricus cler. ob. Chuono de Castello ob., qui predium suum, quod ipse habuit in Vacze, vineam in monte et agrum et bratum et solum coopertum cum casa et curte dedit. [Magister Iohannes Saxo ob.] Anno 1323 ob. Symon quondam Simonis vicedomini filius, requiescit apud S. Mar-

1) *Pro annº eius dedit frater eius carnalis Karletus Karleti 10 marcas Curiensis ponderis.* 2) *Reliquit totam praebendam suam anni gratiae tam in grossa, quam in cotidiana.* 3) *Reliquit 6 ℔. mez. ex solamine sito in capite pontis Plassurae, ex quibus 4 dantur pro oleo ad faciendum lumen in medio monasterii Curiensis per totum annum de nocte; si aliquo casu hoc solamen, quod nunc 7 ℔. et 10 pullos solvit, 6 ℔. solvere non potuerit, nihil defalcari debet de his 6 ℔., sed damnum cedet in detrimentum haeredum suorum.* 4) *Pro animae eius remedio habet capitulum 2 iugera agrorum apud Nigerol solventia 6 modios grani et 2 solamina sita extra muros civitatis iuxta pontem Plassurae ad dextram in exitu, et domus Friderici Bacari 2 ℔. mez. solvit.* 5) *D addit: Plenum servitium de praedio eius in Umbliges, Swicherus de Aspermont persolvit.* 6) *D addit: 2 oves de eodem predio.* 7) *Dedit 20 fl. auri.* 8) *Pro annº praedictorum et suo in medio monasterii ante altare s. Crucis celebrando dedit Gunthelmus filius dicti Cuonradi Schorand, can. Curiensis, 8 ℔. mez. reddituum de bonis in Gafrayssen et in Castyell emptis per eum ab Iohanne de Subvia.* 9) *Maritus eius Ruodolfus, miles, una cum ipsa dedit 25 marcas, quibus census quidam in territorio Curiensi empti sunt; confer 19. Iunii.* 10) *Reliquit 4 marcas convertendas in certos redditus et residuum praebendae constituit ad altare s. Catharinae in ipso monasterio Curiensi; ann. peragitur ante hoc altare.* 11) *Scriptum est 3. Iulii.* 12) *Legavit 24 ℔. mez. annuatim de domo et bonis in civitate Curiensi et de bonis in Zützers.* 13) *Reliquit totam praebendam suam anni gratiae tam in grossa, quam in cotidiana, qua empti redditus 12 ℔. mez. de 2 domibus in Curia.* 14) *Reliquit totam cotidianam suam anni gratiae, qua empti sunt redditus 4 ℔. de domo lapidea empta a domino Henrico de Asperomonte, quam inhabitat dictus Meli et quae quondam fuit Heinrici de Quadra.*

tinum.[1] [Anno 1430 ob. Petrus Schüchler scholasticus ecclesie Curiensis, qui tempore matutinarum ante capellam s. Laurentii in curia Curiensi crudeliter interemptus est, requiescit in tumba sub lapide prope fontem circa sepulchrum episcoporum.[2]]

5. III non. Egil ppos. ob. anno 1065. Iohannes l. ob. anno 1143. [Uolricus filius Uolrici Mel ob.[3] [Anno 1449 ob. Iohannes Tyfer can. ecclesie Curiensis, requiescit in Constantia.[4]]

6. II non. Heberardus subdiac. et can. ob. Anno 1303 ob. Wernherus de Nanzingen.[5]

7. non. Honoratus pbr. ob. Egino pbr. ob. [Uolricus dec. Curiensis ob.[6]]

9. VII id. Petra ob.

10. VI id. Egino pbr. et can. ob. anno 1158, qui predium suum de Assiere et vineam longam de Melanze dedit.[7]

11. V id. Anno 1371 ob. Uolricus Waltherus nobilis de Belmont, requiescit ante altare s. Marie Magdalene.[8]

12. IV id. Nanno ob.[9]

13. III id. Anno 1380 ob. Iohannes de Machelmshofen can. ecclesie Curiensis, requiescit prope altare s. Iacobi ad manum sinistram, quo itur ad ambitum.[10] [Anno 1450 Anthonius Tumb rector parochialis ecclesie in Schnüfis donavit capitulo Curiensi 1 agrum, qui vocatur Zanzag, cum omni iure suo, quem hereditaverat ab olim sua matre et Swikero fratre suo, situm in valle Venusta in parochia Bergus, solvens (*sic*) annuatim 18 modios, 2 partes siliginis et 3 partem ordei[11] ad peragendum ann. pro se et suis parentibus nec non fratris sui Swikeri predicti.]

14. II id. [Uolricus decimator ob.]

15. id. Burchardus Mallensis ob.

16. XVII kal. Uodalricus abb. ob. Ohtcarius Curiensis eps. ob. [Ob. Chuononis pleb[i] in Ragaz. Eufemia ob.[12]]

17. XVI kal. Gotthefridus ob. anno 1126. [Anno 1291 Iacobus sac. de Bludens ob.] [Anno 1409 ob. Ioh. Tumb de Núnburg armiger, requiescit ante altare Omnium Sanctorum in monasterio sub magno saxo.[13]]

18. XV kal. Ordinatio domni Chonradi Curiensis ep[i]. [Iohannes pbr. de Tumille ob.] [Anno 1407 ob. Hugo Manstock de Bulach Constantiensis dioecesis, requiescit ante monasterium sub lapide prope statuam vestibuli, ubi iura redduntur pro tribunali.[14]]

19. XIV kal. Silvester pbr. et can. ob. anno 1138.[15] Anno 1321 ob. Syfridus eps. Curiensis, natus de Geilenhusen, requiescit in sepulchro episcoporum ante fontem monasterii.[16]

20. XIII kal. Walterius de Vaze ob., qui predium suum de Paisten dedit.[17]

---

1) *Reliquit 1 ℔. mez. de domo Uolrici institoris et 1 ℔. de areis ultra pontem Plassurae sitis, quae exsolvi debet, etiamsi nil plus areae redderent.* 2) *Reliquit annuatim 18 β ₰ de domo Zum Knopf vulgariter nuncupata et 12 β ₰ de cotidianae anni gratiae sui proventibus.* 3) *Reliquit 2 solamina sita ante vineam domini Eberhardi et 2 pecias agri et 1 pradellum in Usurach, de quibus dantur annuatim 20 β mez. capitulo.* 4) *Legavit praebendam suam anni gratiae cum cotidianis distributionibus, quibus empti sunt redditus 1 ℔. ₰ Const. de domo Burchardi Kachel et de Trymis de Uolrico de Turn et de aestuario superiori de Elizabeth Kriesserin.* 5) *Reliquit ad fabricam s. Mariae 20 β mez. et Uolricus frater eius, miles, 1 ℔. imperialium.* 6) *Dedit 2 β merc. fratribus altaris s. Crucis apud Juns.* 7) *D addit: de eodem predio plenum servitium die illa Eb. de Galcerank persolvere debet (E autem: pleb. S. Martini persolvit).* 8) *Dantur 6 ℔. mez. de curte dicta Sclavenasca in Valls.* 9) *Galetta vini de praedio Lanzes (D: Lenzis Inferiori). D addit: Petrus et filius eius de eodem vico persolvit.* 10) *Reliquit totam praebendam anni gratiae suam tam in grossa, quam in cotidiana.* 11) *In ann⁰ peragendo ante altare Omnium Sanctorum etiam dantur pauperibus larga et leprosis in Massans quartale vini terrae Curiensis mensurae. — Haec nota 28. Aprilis adscripta est.* 12) *Reliquit ad fabricam 30 β mez.* 13) *Reliquit 20 marcas Curiensis aestimationis, 8 ℔. mez. pro marca computatis, de parte sua prati dicti Prâ Tyg, siti super prata dicta Marschininser wisan prope fluvium Langari.* 14) *Reliquit 20 ℔.* 15) *E addit: 2 servitia de predio eius et patris sui.* 16) *Reliquit bona in Flums comparata per ipsum, quae reddunt omni anno 5 β merc. in grano mensurae in Flums, quae capitulum vendidit domino Uolrico de Monteforti pro 20 marcis ponderis Curiensis.* 17) *D addit: de eodem predio datur servitium: 6 gallete vini, 2 oves, 1 modius de seguli.*

Heberhardus com. occisus est. Liucarda ob. Anno 1317 ob. magister Cuonradus Pfefferhardt can. ecclesie Constantiensis et ppos. S. Iohannis ibidem necnon can. Curiensis, requiescit in Constantia.[1]

21. XII kal. **Geroldus pbr. ob.** Anno 1321 ob. Symon vicedominus Curiensis, requiescit in ambitu ante monasterium sub lapide, quo itur ad domum cantoris.[2] Anno 1380 ob. Ruodolphus de Subvia, requiescit ante monasterium prope lapidem vor dem gewelb.[3]

22. XI kal. **Judinta sor. ob. [Ob. Andreas villicus noster de Clavuze.[4]]** Anno 1348 ob. Ruodolphus de Lauingen scholasticus et can. ecclesie Curiensis, requiescit retro ostium monasterii.[5] [Anno 1420 ob. Ruodolphus de Trostberg sac., dec. ecclesie Curiensis, requiescit in ecclesia Curiensi in tumba iuxta altare s. Iacobi prope ostium, ubi itur ad ambitum.[6]]

23. X kal. **Bertha sor. nostra ob. Chuonradus de Tarzie ob.[7] [Adeleita uxor Friderici ob.[8]]** Anno 1349 ob. Marquardus de Tingzen sac., can. ecclesie Curiensis, requiescit retro ostium monasterii.[9] [Anno 1418 ob. Iohannes dictus Snytz sac., incuratus perpetuus sive pleb. ecclesie s. Martini civitatis Curiensis, requiescit in civitate apud Praedicatores.[10]]

24. IX kal. **Albertus ecclesię nostrę advocatus ob.**

25. VIII kal. **Eberardus can. et diac. ob. [Obitus Sicherii de Richinberg.[11]]** Anno 1328 ob. Arnoldus Sassin sac., qui occisus erat ante castrum Ruchenberg.[12] Anno 1393 ob. Hainricus Keller minister civitatis et nostri capituli et uxor sua Anna,[13] requiescit prope sepulchrum episcoporum iuxta fontem sub saxo.

26. VII kal. **Heinricus de Aspirmunt vicedominus ob. anno 1198, qui in vico Maladres predium, quod a domo Meinnardo emerat, dedit.**

27. VI kal. Ob. Heinricus de Nenzingen sac. et can. ecclesie Curiensis. Anno 1384 ob. Heinricus Ungeri can. Curiensis, requiescit in ambitu sub lapide prope lapidem domini Berchtoldi Ringg.[14]

28. V kal. Cunradus de Herblingen can. Curiensis et notarius Alberti Romanorum regis ob.[15]

29. IV kal. **Tiethemarus occisus est.** Hainricus Purdenanze ob.[16] [Anno 1407 ob. Iohannes de Marmorea armiger.[17]]

30. III kal. **Uodalricus Curiensis eps. ob. anno 1096. Maria ob. [Albertus pleb. de Sagannes ob. Ob. Fridericus carnifex.[18]]** Anno 1387 ob. Iohannes dictus Hug sac., can. ecclesie Curiensis, requiescit Vienne.[19]

31. II kal. **Patrisa m^a ob. Otto cv. occisus est. Sigfridus pbr. et can. et dec. ob.** Anno 1349 ob. Ruodolphus de Burguns can. ecclesie Curiensis, requiescit in ambitu iuxta superioris ostii exitum prope lapidem, quo itur ad domum cantoris.[20]

---

1) *Legavit praebendam suam anni gratiae, qua empti sunt redditus 6 ℔. mez. de domo in vico Superioris Fori.* 2) *Reliquit 5 ℔. de domo Ulrici institoris.* 3) *Iohannes de Subvia et Ursula, liberi eiusdem Rudolphi, dederunt redditus 8 ℔. mez. de bonis in Sapúnn in monte dicto Jatz.* 4) *Constituit galletam vini in Campo Crucis suptus via (sic) ad usus fratrum; D addit: Uolricus de Platas persolvit.* 5) *Reliquit totam praebendam suam anni gratiae.* 6) *Pars fructuum anni gratiae eius in grossa ad capitulum pervenit, reliqua parte per haeredes eius recepta.* 7) *D addit: Galletta de vinea eius in Aviune.* 8) *Galletta de agro eius; D addit: Sifridus Straschapelle persolvit.* 9) *Reliquit praebendam suam anni gratiae totam.* 10) *Dedit pro ann^o suo, parentum et Margarethae Oesterhilt, famulae suae, 20 marcas Curiensis aestimationis ante plura tempora.* 11) *Dedit 20 siliquas in loco Celarine ad servitium fratrum.* 12) *Pro ann^o eius et matris suae sorores eius dederunt capitulo solamina ante molendinum Andreae ministri de Planter reddentia annuatim 30 β mez.* 13) *Reliquerunt 6 ℔. mez. redditum de domo Iacobi Tyapp iuxta turrim ad portam superiorem.* 14) *Reliquit 4 ℔. mez. de domo sua super curia Curiensi sita, quam ipse aedificavit.* 15) *Legavit praebendam suam anni gratiae, qua pecunia et alia emptae sunt 2 domus [in Curia]. — Ann. peragitur ante altare s. Crucis. — In D haec nota demum 28. Augusti adiecta est.* 16) *Reliquit 4 ℔. cerae ad lumen beatae Mariae virginis de domo sita apud Salas.* 17) *Dedit 3 ℔. perpetui census.* 18) *Dedit domum suam in Foro Superiore et cellarium cum solamine ad id pertinente et 2 iugera agrorum in Campellina et 2 ad Petram Grossam et pratum in Marzeninnes.* 19) *Reliquit totam praebendam suam anni gratiae tam in grossa, quam in cotidiana; ann. peragitur ante altare s. Crucis.* 20) *Reliquit 6 ℔. mez. redditus de domo sua in civitate Curiensi in vico dicto Salas.*

AUGUSTUS.

1. kal. **Uodalricus abb. ob. Adeleita sor. ob.** Anno 1349 ob. Marquardus de Rysen subdiac., can. Curiensis, requiescit in ambitu prope lapidem, quo itur ad domum cantoris.[1] [Anno 1406 ob. Petrus de Subvia armiger[2]; insuper anno 14 . .,[a]) proxima feria 2 post festum Pentecostes, ob. domina Anna Wichslerin, uxor legitima Hainrici de Schowenstain,[3] requiescunt ambo in cenobio ordinis fratrum Predicatorum civitatis Curiensis.]

2. IV non. **Heberaddus ob. Anselmus subdiac. ob.** Ludovicus miles de Monteforti ob., frater Alberonis decani ecclesie Curiensis. Wozwinus[b]) de Gailenhusen ob., can. ecclesie Curiensis, requiescit in Geilenhusen.[4] [Anno 1435 Hainricus Egghardi can. ecclesie Curiensis legavit perpetue totalem prebendam anni gratie tam in grossa, quam in cottidiana hic et in Veltkirch.[5]]

3. III non. **Sicherius ob.** [Anno 1298 ob. com. Hugo de Monteforti in curia Romana, qui a duabus partibus capituli Curiensis electus fuit et in lite decessit.]

4. II non. **Sizzo ob. Aidulfus ob.** Egino pbr. et can. ob. anno 1160. Anno 1306 ob. Hainricus de Fontenaus can. Curiensis. Anno 1382 [ob.] Iohannes Mairugg minister civitatis Curiensis.[6]

5. non. **Wecel pbr. de Malle ob. Erlewinus diac. et can. ob.**

6. VIII id. **Genzo occisus est anno 1127.**[7] [Dominus Waltherus de Belmunt ob.]

7. VII id. **Heinricus imperator ob.** Herricus cellerarius ob., qui agrum de Bragals dedit.[8] Anno 1384 ob. Iohannis de Ponstrils dec. ecclesie Curiensis, requiescit in monasterio prope sepulchrum et sepulturam dominorum de Belmont.[9]

8. VI id. Peregrinus de . . . . Anno 1360 ob. Theodericus de Wiler can. ecclesie Curiensis, requiescit in Wiler.[10]

9. V id. **Wecel de Ramuscie ob.**[11] **Franco pbr. et can. ob.**[11] Egino Curiensis eps. ob. [Anno 1280 ob. Burchardus de Witimberch ppos. Curiensis, qui celaria sita in Wrstino edificari fecit et capitulo reliquit ad conservandum census capituli.] [Anno 1459 ob. Oswaldus Bermating de Veltkirch primissarius et organista monasterii Curiensis, requiescit in monasterio Curiensi ante altare beate Catharine a sinistris sub lapide.[12]]

11. III id. **Meraldus pbr. et can. ob. anno 1106.** [Dominicus can. Curiensis et pleb. de Zuz[c]) ob. anno 1237.] Margaretha de Kästris quondam relicta Gaudentii ministri de Planther ob., requiescit in capella s. Marie Magdalene.[13]

12. II id. **Notingnus eps. ob.** [Riverius can. Curiensis ob.[14]]

---

a) *Annus certe legi non potest.* b) *G: Ortwinus.* c) *Nomen certe non legendum.*

1) *Reliquit 50 ℔ mez.* 2) *Uxor eius Guthildis de Gerstenegg reliquit pro annº eius 4 ℔ mez. de domo sua in Curia et de vinea sua dicta vinea de Constanza, sita in Trimuns.* 3) *Reliquit 6 ℔ mez. de domo olim Petri de Subvia, avi sui, distribuendas annuatim cum praedictis 4 ℔ mez.* 4) *Reliquit 6 marcas, quibus emptus est hortus subtus Marschöl (G: in Salas).* 5) *Pro agenda sua et post mortem pro annº suo. — Haec nota demum 18. Novembris addita est.* 6) *Quo die obierit, nescimus; 4. Augusti nomen eius tantum adscriptum est, quia Symon pbr., frater eius, qui ob. hoc die anno 1395 et requiescit prope reclusam iuxta murum monasterii et pro annº eiusdem 4 ℔ mez. reddituum de prato in Scaletta Inferiori, quod tenet nomine feodi Heinricus filius praefati ministri, ab Adelhaide uxore et liberis eiusdem emit, voluit, ut se defuncto ann. fratris sui in die obitus sui ipsum celebraretur.* 7) *Sequitur notitia saeculo 13. adscripta de quodam Ulrico occiso paene erasa.* 8) *D addit: modius siguli de eodem agro.* 9) *Reliquit 8 ℔ mez. annuatim de vinea in Veltkirch.* 10) *Reliquit totam praebendam anni gratiae suam tam in grossa, quam in cotidiana.* 11) *Inter haec duo nomina scriptum est: anno 1120, sed ad utrumque pertineat, ignoro.* 12) *Reliquit fabricae s. Mariae vineam in Malanns dictam Zum Torggel.* 13) *Reliquit 4 ℔ mez. de domo lapidea in Ymo Burgo, praescripta in annº mariti sui (1. Februarii).* 14) *Reliquit 10 galetas vini de vinea apud Clavuz, sicut propria manu notav[it?] 5 die intrante Octobris. Quo die saeculo XIII. exeunte scriptum est, Riverium Providam filium Riwerii Providae, scribam C. electi Curiensis, annuatim in vindemiis absque decimis 10 gallettas vini huius terrae capitulo ex vinea sua de Clavuz reliquisse.*

13. id. Ob. Ulricus de Alvennú sac., Meniga de Alvennú, Adelheidis dicta Belmonta, filia eius, dictus Belmont et Elisabeth infantes predicte Adelhaidis et Iohannes de Platzas maritus Adelhaidis. Anno 1393 Anna uxor legitima Iohannis Galtzerank dedit 1 seumam vini tere annui census de vinea sui mariti, quam nunc tenet Iohannes Venre, alio nomine der alt richter von Ragatz.[1]

14. XIX kal. [Fridericus miles de Castromuro ob. et Agnes uxor eius.[2]] Anno 1349 ob. Hainricus de Empz civis Curiensis requiescit ante clusam.[3]

15. XVIII kal. Adeleita de Lupine ob.

16. XVII kal. Franco pbr. ob. Ugo Desertinensis ecclesie abb. ob. Anno 1353 ob. Nicolaus kamararius Uolrici epi Curiensis, requiescit in ambitu sub lapide iuxta sepulchrum Berchtoldi Ringg.[4]

17. XVI kal. Dominicus pbr. ob. [Adaleita de Mals, uxor dom . . . . ob.[5]] Magister Iohannes Pfefferhardi, can. Curiensis ob., requiescit in Constantia.[6]

18. XV kal. Anno 1349 ob. Fridericus de Porta civis Curiensis, requiescit ante monasterium iuxta lapidem dictum Sak versus domum vicarii.[7] [Anno 1452 ob. domicellus Swigglinus de Castelmur et anno 1456, die 18. Iunii, ob. Elizabeth de Castelmur uxor predicti olim Swigglini, ambo liberi legitimi in proximo ann°[8] scriptorum Ruodolfi militis et Amalie;[9] requiescit predictus Swigglinus in tumba de Castelmur, Elizabeth vero requiescit in Lugnitz apud S. Vincentium.]

19. XIV kal. Augustus pbr. ob. [Anno 1418 ob. Symon Mayrugg, alias Nitt, minister civitatis Curiensis, requiescit in tumba prope clusam ecclesie Curiensis.[10]]

20. XIII kal. Dominicus de Zezaire ob. Iohannes scolaris de Molinas, filius domine Gille de Ponte ob.[11] Anno 1374 ob. Franciscus Stöckli de Veltkirch, can. Curiensis, requiescit in Veltkirch.[12]

21. XII kal. Lucia de Circine ob. [Anno 1402 ob. Margaretha de Jötsch, requiescit ante monasterium ante scholas iuxta statuam.[13]]

22. XI kal. Ann. Cuonradi dicti de Monteforti, decani Curiensis, anno 1306, qui construxit altare in crypta pie memorie. [Anno 1410 ob. Uolricus Haiden pridem scholasticus ecclesie Curiensis,[14] requiescit in Sacco retro hostium ecclesie.[15]

23. X kal. Uodalricus Curiensis eps. ob. Gotthefridus subdiac. ob.

24. IX kal. Wido vicedominus ob. Uolricus de Seuns ob.[16]

25. VIII kal. Imiza sor. nostra ob.[17] [Heinricus vicedominus ob. Murlinus anno 1225.[18] Bertoldus Curiensis eps. occisus est anno 1233, qui tradidit s. Marie 3 paria librorum, videlicet decreta, decretales et rationes super hiis. Uolricus de Rieperch ob.,] requiescit ante monasterium inter lapides illorum de Schowenstain et Lumarins.[19]

---

1) *Ann. in planitie monasterii ante altare s. Crucis peragitur.* 2) *Pro ann° eorum dedit Agnes filia eorum 6 ℔. mez., quibus debent comparari redditus ad altare s. Crucis.* 3) *Reliquit 8 ℔. mez. de bonis super montem prope Empz dictum Iuf sitis.* 4) *Reliquit capitulo domum suam cum solamine in civitate Curiensi in Foro Superiori sitam, solventem annuatim 8 ℔. mez.* 5) *Dedit summam (nunc plane detritam), ut ann. patris et matris suae in martyrologio scribatur.* 6) *Legavit praebendam suam anni gratiae, qua pecunia et alia empta est curia apud castrum Sigberg a Wernhero de Sigberg can° Curiensi.* 7) *Reliquit de domo sua retro ecclesiam s. Regulae et horreo et aliis bonis suis redditus 5 ℔. mez.* 8) *Scilicet 4. April.* 9) *Dederunt 12 ℔. mez., quarum 6 dantur de parva vinea prope Fürstenau et 6 dat Hartmannus de Castelmur can. Curiensis, frater praedicti Swigglini, qui etiam post obitum suum praebendam suam mortuariam obligavit.* 10) *Reliquit 4 ℔. mez. de prato sub Scaletten.* 11) *Reliquit 1 ℔. cerae ex medio iugere agri in Palaz.* 12) *Reliquit totam praebendam suam anni gratiae tam in grossa, quam in cotidiana.* 13) *Reliquit 10 marcas, 8 ℔. mez. pro qualibet marca computatis, quas Burkhardus Aldrian can. Curiensis imbursavit, qui pro eisdem praebendam suam anni gratiae in tota grossa donavit et, dum vixerit, pro ann° eius ex bursa sua 4 ℔. mez. dabit.* 14) *Donavit 70 ℔. H.* 15) *Ann. pro eo etiam celebratur 10. Septembris, quia fructus anni gratiae sui, scilicet 40 ℔. H. Curiensis monetae antiquae, ad hoc capitulo dedit.* 16) *Reliquit ad altare s. Crucis 3 ₰ merc. in caseo de media secatura prati sita sub solamine B. de Fusunnes.* 17) *Dantur 2 oves de praedio eius Tuminnes, panis sigli de horreo nostro.* 18) *Constituit 2 modios siguli in agro suo de Ruvinectia fratribus annuatim, 1 in ann° suo, 1 in ann° fratris sui.* 19) *Pro ann° eius dedit uxor eius ad tabulam s. Mariae 20 ℔. mez. et reliquit filius eius pro ann° suo et patris sui domum suam in civitate Curiensi, quae quondam fuit Berchtoldi pictoris, de qua dantur annuatim 14 ℔. mez.*

26. VII kal. Heberardus de Balga ob. [Festum victorie facte apud Emides per venerabilem Hanricum electum Curiensem et fratrem eius Hugonem, comitem Montisfortis, contra inimicos s. matris, matrone Curiensis, videlicet Hainricum de Ruzines, Hainricum de Bellemunt, Fridericum de Friberc, nobiles, et Conradum de Rialt, in cuius conflictu victorie captivati sunt Simon de Lucarno nobilis, Matheus et Wido nobiles, patrueles sui, et aliorum, quorum numerus ignoratur, qui partim occisi, partim vulnerati et 100 ultra captivati [sunt], et hoc nobis beate Marie virginis auxilio peractum est anno 1250, 13. indictione.]

27. VI kal. Heinricus de Ruzunnes ob., qui decimam de Vaze dedit. Anno 1312 ob. Petrus de Canof, requiescit in Tintzen.[1]

28. V kal. Chuonradus de Herbelingen ob.[2]

29. IV kal. Uodalricus advocatus ob. [Merita filia Ulrici de Aviune ob.[3]] Agnesa de Calkarele ob.[4]

30. III kal. [Anno 1447, in fine Augusti ob. Uodalricus Walch olim notarius epi Hartmanni ecclesie Curiensis, requiescit ante monasterium sub lapide cum magna cruce prope statuam, ubi itur versus castrum.[5]]

31. II kal. [Guota ob. de Lange.[a])]

SEPTEMBER.

1. kal. Victor pbr. ob. Sigibertus pbr. ob. Egino pbr. et can. huius ecclesię ob. anno 1146. Uodalricus de Sags[b]) huius ecclesie can. ob., qui familiam suam de Faduzes[c]) dedit. Purchardus de Rankwile ob. [Bertoldus Erller ob.] Rudolfus de Belmunt ob.[6] Luduwicus de Montfort miles ob.[7]

2. IV non. Adalbertus frater advocati ob. Chuonradus Maziensis.

3. III non. Anno 1382 ob. Berchtoldus de Hof can. ecclesie Curiensis, requiescit in Constancia.[8]

4. II non. Dietmarus subdiac. et can. ob. anno 1174, idem Dietmarus talem possessionem, qualem habuit in vico Cilins, dedit. Anno 1384 ob. Berchtoldus Ringg can. et custos ecclesie Curiensis.[9]

5. non. Anno 1349 ob. Ioh. de Rietberg, qui reliquit equum suum et arma, que vendita fuerunt pro 54 fl., requiescit in Rautels.

6. VIII id. Ottho ob. [Anno 1416 ob. Hartmannus com. de Werdenberg et Sargans, ordinis s. Iohannes Ierosolymitanorum, electus et confirmatus in epm Curiensem, qui annis 28 sub multis rixis atque gwerris eandem strenue rexit ecclesiam, qui etiam ob divini cultus augmentum ecclesiam parrochialem s. Marie in Mals vallis Venuste mense capituli ecclesie Curiensis libere donavit, univit et incorporavit, requiescit in ecclesia Curiensi in sepulcro episcoporum Curiensium.[10] Anno 1446 ob. Iohannes Nigri can.

a) *Corrig.: Lanze?* b) *D: Saxes.* c) *D: Vaduzzis.*

1) *Reliquit pro ann° suo, Thóniae Plantin uxoris suae, Andreae fratris sui eiusque uxoris Lunae Plantin 12 ℔. mez. Curiensis monetae de bono ipsorum dicto Rofna in parrochia Tintzen.* 2) *Legavit praebendam anni gratiae, qua et alia pecunia 2 domus a Friderico Antiocha [in civitate Curia] emptae sunt.* 3) *Dedit ad fabricam 2 β mez.* 4) *Dedit 10 β mez.* 5) *Dedit pro ann° suo et Itae uxoris suae anno 1441 in vigilia Luciae virginis (Dec. 12) capitulo 40 fl. — Hoc 12. Maii adscriptum est.* 6) *Ann. peragi debet, prout continetur in ann° domini H. dė Bellomonte nobilis supra scripto (scil. 19. Maii). 27. Maii autem in D scriptum est: ob remedium suum, H. patris sui et R. fratris sui, qui apud Prisciam in servitio H. imperatoris ob. anno 1311, kal. Sept., indictione 9, nobilis vir Iohannes de Bellomonte, miles, capitulo dedit dextrarium, qui venditus est pro 32 marcis ponderis Curiensis, quibus emptae sunt 2 domus in Foro Superiori et domus ad Platlas (?), quae solvunt 12 ℔. et 3 β annuatim. G addit: requiescit (Ruodolfus?) ante altare Marie Magdalene.* 7) *Scriptum est 13. Maii, quamvis eodem loco scriptor ipse diem obitum eius kal. Sept. nominet.* 8) *Reliquit totam praebendam suam anni gratiae tam in grossa, quam in cotidiana.* 9) *Reliquit pro ann° suo et Hermanni Ring patris sui totam praebendam suam anni gratiae, requiescit in ambitu sub lapide ipsorum (sic).* 10) *Vicarius in Mals 3 ducatos ad ann. eius et 1 ducatum ad agendum Elizabeth de Schowenstain relictae Ottonis Schegg armigeri, dum ipsa vixerit, et post obitum eius ad ann. eius et mariti ipsius praedicti dare debet. Fundavisse autem eandem Elizabetham ann. suum anno 1422, die 2. Septembris, longius ennarrat codex G, qui etiam dicit, eandem et maritum eius in valle Venusta requiescere.*

et scholasticus olim ecclesie Curiensis, requiescit in ecclesia Curiensi prope hostium maius in Sacco intrando ecclesiam Curiensem.[1]]

7. VII id. Berta de Nenzing ob. [Bertha uxor Gotschalchi de Pludens ob.] Sifridus de Geilenhusen custos Curiensis ob. anno 1325,[2] requiescit in Moguntia.[3] [Anno 1422 ob. Iohannes de Sigberg armiger.[4] Anno 1427 Ruodolphus de Castromuro advocatus in Fürstenow deputavit 6 ℔. mez. Curiensis gwarandie annui census in et de vinea sua nuncupata Air de Gurgs, de agro in vineam converso, quam quidem vineam ab dicto capitulo Curiensi habet in perpetuum feodum censuale.]

8. VI id. Umbertus pbr. ob. [Waltherus de Rialt ob. anno 1227. Rodolphus de Rialt miles ob. anno 1228. Chuonradus de Muontfort diac. et can. Curiensis ob. anno 1233. Ursula filia Culesse[a]) ob.[5]]

10. IV id. Commemoratio sororis nostre Berthrade, que capellam s. Regulę cum curte dedit. Victor pbr. et can. ob. anno 1154.

11. III id. Vernerius subdiac. et can. ob. Anno 1398 ob. Alberchtus Mosmann can. ecclesia Curiensis.[6]

12. II id. Victor diac. et dec. huius ecclesię ob. anno 1063.

13. id. Rotherius eps. ob. Ita de Castrises ob. Wido occisus ob. Sigefridus ob. Swiglinus dictus Tumbe subdiac., can. ecclesie Curiensis, ob., requiescit ante s. Christophorum.[7] Anno 1385 ob. Albertus de Schowenstain, requiescit in Katzz.[8]

14. XVIII kal. Dominicus pbr. ob. [Heinricus de Rialt diac. et can. Curiensis ob. anno 1223.]

16. XVI kal. [Guota de Tinego uxor Sucheli ob.[9]] [Anno 1441 ob. Anthonius Lempfrit sac., can. et custos ecclesie Curiensis,[10] requiescit in ambitu iuxta ianuam parvam, qua itur ad ecclesiam, in sepulchro suorum parentum.[11]]

17. XV kal. [Anno 1284 Eberhardus miles de Aspermunt ob.[12]] Ob. anno 1399 Iohannes Preconis de Meringen can. ecclesie Curiensis, requiescit in ambitu ecclesie Curiensis in tumba Ungarii.[13]

18. XIV kal. Albertus advocatus ob. Conradus subdiac. et can. huius ecclesie ob. anno 1174. Fredericus ob.

19. XIII kal. Albertus advocatus nostrę ecclesię ob. Anno 1384 ob. Anna filia Petri de Subvia, uxor Hainrici de Buwix, requiescit ad S. Nicolaum ad Predicatores.[14]

20. XII kal. Ruodolfus pbr. de Cazies ob. Wecil ob. [Gillelmus de Muontfort Curiensis ppos. ob. anno 1237.]

---

a) *Nomen certe non legendum.*

1) *Tradidit 20 ℔. ₰ in prompta pecunia anno 1435 die 30. Aprilis. — Haec nota 11. Maii adiecta est.* 2) *Dedit praebendam suam anni gratiae, de qua capitulum propter gwerram tantum habuit 100 ℔. mez., quas in usus suos convertit et ideo dat 5 ℔. ₰ in anno eius de domo iuxta capellam beati Florini.* 3) *Mirandum est, quod idem codex D, qui mortem huius custodis hoc die nuntiat, eundem etiam 16. Augusti mortuum esse narrat.* 4) *Pro anno eius dederunt Ruodolphus can. Curiensis et Hainricus, fratres eiusdem, capitulo 8 ℔. mez. Curiensis aestimationis de curti ipsius Ruodolphi in Zützers, qui census est redimendus ab illis de Sigberg per 40 ℔. H. Constantiensis monetae.* 5) *Dedit ad fabricam 2 ℔. mez.* 6) *Legavit praebendam suam anni gratiae; ann. celebratur ante altare s. Crucis in medio monasterio.* 7) *Reliquit monasterio s. Mariae Curiensis horreum cum solamine [in Curia].* 8) *Pro anno eius et Burkardi de Schowenstain, dum in humanis fuerat, in villa Flums residentis Ruodolphus de Schowenstain, frater dicti Alberti, de bonis suis in valle Tavas in loco Spinas 8 ℔. mez. reliquit.* 9) *Reliquit ad fabricam 30 β Const.* 10) *Reliquit anno 1398, ut 26. Augusti enarratur, praebendam anni gratiae suae in grossa et anno 1412, ut 19. Maii dicitur, praebendam hanc totam pro anno suo et parentum, exceptis 10 fl., quos ipse imbursavit.* 11) *19. Maii autem enarratur, tantum matrem eius requiescere in hoc ambitu, patrem eius requiescere in ambitu monasterii s. Lucii.* 12) *Pro anno eius annuatim persolvunt filii eius: dominus Henricus seumam vini de vinea dominae Giselae apud Maienvelt, dominus Egilolfus seumam vini de vinea Rutiz apud Malans et dominus Eberhardus seumam vini in vinea plana apud Malans ad servitium fratrum.* 13) *Legavit praebendam anni gratiae, postquam iam anno 1396, 6. Maii, domum suam in vico Arx in civitate Curiensi prope portam, quae vulgariter dicitur Türli, sitam cum omnibus suis iuribus donavit. — Haec nota 6. Maii inscripta est.* 14) *Pro anno eius dedit maritus ipsius 4 ℔. mez. de curti sua in Zützirs.*

21. XI kal. Domina Flora, uxor domini Hermanni de Moreiscens ob., que reliquit ad fabricam s. Marie 1 tunicale.

23. IX kal. Heinricus occisus est. Anno 1399 ob. Gottfridus de Schowenstain, qui legavit equum et arma, que capitulum vendidit et in usum suum convertit, requiescit in Schennis.[1]

24. VIII kal. Tello Curiensis eps. ob. Reingerus pbr. de Castellmuro ob., qui predium suum ultra pontem cum casa et curte et familia dedit.[2] Hermannus Contractus pbr., filius Wolfradi comitis de Veringen, ob., qui in monasterio Alshusen requiescit, cuius proprietas ad ipsum pertinebat, et ob. anno 1054.[3]

25. VII kal. Gotti ob. [In nomine domini. Anno eiusdem 1282 Conradus istius ecclesie Curiensis eps., natus de Belmont, evocatus ad provinciale concilium per archiep^{m} tunc Moguntinum, in oppido Diepurch viam universe carnis est ingressus, et intestinis eius ibidem sepultis corpus ipsius per suam comitivam reductum fuit ad ecclesiam Curiensem. Frater vero ipsius, dominus Heinricus de Belmont, quoddam edificavit altare in dextro latere eiusdem ecclesie et ante ipsum altare ipsum corpus fecerat sepeliri, reddendo predicto altari nomine dotis coloniam suam in villa Cumbils, dictam de Camadringes, in valle Lugenitze, solventem annuatim 24 β merc. in grano, caseo et panno Curiensis pretii, reservando sibi et suis successoribus collationem altaris predicti.]

26. VI kal. Anno 1342 ob. Iohannes dictus Ganser, qui reliquit 2 equos et arma sua, que vendita sunt pro 25 ℔ ₰ Const., requiescit ante monasterium sub scuto suo, sub lapide, in quo continetur stella.[4]

27. V kal. Vitalis pbr. ob. [Burchardus dictus de Maunes ob., qui reliquit quendam equum suum ad opus s. Marie, qui venditus fuit pro 25 ℔ ₰ Const.] Machtildis de Nanzingen ob., uxor quondam Wernheri de Nanzingen.[5]

28. IV kal. Uodalricus l. de Traspes ob. [Anno 1418 ob. Gunthelmus Schorandi can. prebendatus ecclesie Curiensis,[6] requiescit in ecclesia Curiensi ante altare ss. Placidi et Sygberchti prope reclusam.]

29. III kal. Albertus de Vaze ob. Gysula de Juvalt ob., que caminatam in castro Curiensi sitam dedit.[7] Hainricus imperator Romanus ob.

30. II kal. Ursus pbr. ob. Sicherus ob. [Suza uxor Wernheri Richeli ob.[8]] Anno 1332 ob. Uolricus filius Andree de Marmorea militis in castro Belfort, requiescit ante monasterium prope lapidem de Lumarins.[9]

OCTOBER.

2. VI non. Maria sor. nostra ob.

3. V non. Verendarius eps. ob. Rainerus pbr. et can. huius ecclesie ob. anno 1159. Eps. Adelgotus ob. anno 1160. Uodalricus[a]) Belso ob., qui predium

a) *Notitia sequens postea deleta est.*

1) *Filius eius Uolricus, can. Curiensis, ordinavit de praebenda sua anni gratiae in ann^{o} patris sui annuatim 2 ℔ mez.* 2) *Galletta de eodem praedio.* 3) *Adscripta est haec nota demum medio saeculo 14.* 4) *Hac summa empti sunt redditus 2 ℔ Const. de vinea marscalci de Montfort.* 5) *Reliquit ad fabricam s. Mariae 20 β mez.* 6) *Anno 1398 ordinavit, ut pro agenda sua tempore vitae suae celebranda et post obitum pro ann^{o} suo de domo murata, quae est capituli in civitate Curiensi, sub colliculo Marschöls situata et magnis expensis et aedificiis per ipsum reformata et exaltata et ab ipso usque ad mortem inhabitata 8 ℔ mez. annuatim expedirentur. Capitulum autem alias 8 ℔ addidit, quia Gunthelmus postea vineam suam ante portam inferiorem civitatis Curiensis per ipsum de agro capituli Curiensis in vineam redactam et aliunde suis sumptibus et emptione ampliatam dedit capitulo.* 7) *D addit: sub tali forma, ut semper aliquis can. de genere Iuvaltensium habeat eandem gallettam de eadem caminata.* 8) *In D hic exemplar donationis horum coniugum anno 1291 capitulo Curiensi factae additum est.* 9) *Reliquit 14 ℔ Const. (G: equum, qui venditus fuit pro 14 ℔ Const.), quibus empti sunt redditus 4 ℔ de domo Hainrici de Quadra.*

suum de Federins tantum et tale, quod ibi habuit in monte et in planu, solamina, prata et agros cum toto casamento dedit.[1]

4. IV non. Sigifridus de Vaze ob. anno 1150. Rodulfus cv. ob.

5. III non. Heinricus imperator ob. Symon scholaris ob. [Riverius custos ob. anno 1232.]

6. II non. Victor pbr. ob. Laurentius pbr. ob. Bruno pbr. ob. [Albertus custos ob. Susanna ob.[2] Adilhaidis uxor H. Epponis ob.[3]] Anno 1364 ob. Andreas dictus Vogler, can. ecclesie Curiensis.[4]

8. VIII id. Hiltibaldus Curiensis eps. ob.[5] Reinoldus ob. Rainoldus pater Uodalrici Cann. Mactildis de Farens, uxor Sigfridi de Trimuns ob. [Anno 1425 Cuonradus Münch pbr., rector ecclesie parochialis in Wesen Curiensis diocesis, assignavit 20 fl. Ren.[6]]

9. VII id. [Heinricus de Castris subdiac. Curiensis ob. Swicherus can. Curiensis et pleb. S. Martini ob. anno 1229.[7] Chonradus sac. de Clavuz, vic. ecclesie s. Martini Curiensis, ob.[8]] [Anno 1430 ob. domina Ursula de Schowenstain in balneo naturali Fabariensi, requiescit ante monasterium in tumba de Schowenstain sub lapide cum 3 piscibus.[9]]

11. V id. Hebrerdus et Patrisa ob. Vitalis pbr. ob. Wipertus m. ob.

12. IV id. [Ruodolphus de Lichtenstain can. Curiensis ob.] [Anno 1447 ob. strenuus vir Conradus de Randegg, requiescit in tumba virorum Tumben ante altare Omnium Sanctorum.[10]]

13. III id. Dominicus pbr. ob. Vigilius pbr. ob. [Heinricus de Scellinberch Curiensis can. ob., occisus anno 1227.] [Anno 1416 ob. Burkardus de Schowenstain armiger,[11] requiescit ante monasterium versus scolas sub lapide magno, cum 3 piscibus signato.

14. II id. Otto com. occisus est. Albertus occisus est. Sicherus iuvenis de Asperomonte ob.

15. id. Albricus pbr. et can. ob. anno 1141, qui vineam in vico Melanzes dedit. C. de Cresse ob.[12] Anno 1384 ob. Swigherus et Symon Rof fratres de Marmorea, requiescunt in Tingzen.[13]

16. XVII kal. Wanpoldus pbr. ob. [Volcardus eps. Curiensis ob. anno 1251, qui dedit 10 marcas argenti, ut in honorem s. Marie, matrone Curiensis, rota fieret, in cuius medio ymago predicte s. Marie virginis elevetur, in dextero latere s. Lucii, in sinistro latere s. Florini ymagines conficiantur.] [Anno 1411 ob. Iodocus Mayger de Altstetten armiger, requiescit in ecclesia Curiensi sub lapide ante altare Omnium Sanctorum.[14]]

17. XVI kal. [Othilia de Aspermunt ob. anno 1227.] [Anno 1323 ob. Heinricus com. de Werdenberg, can. ecclesie Curiensis, requiescit in Constantia.[15]

---

1) *D addit: de eodem praedio 2 oves, 1 porcum, mensuram vini, modium frumenti, Otto de Iunazze et frater suus Uolricus persolvunt.* 2) *Galletta de solamine eius, D addit: Burchardus can. persolvit.* 3) *Dedit 1 lb. ad fabricam s. Mariae.* 4) *Reliquit totam grossam praebendae suae anni gratiae.* 5) *D addit: commemoratio rerum pertinentium ad fratres Curiensis congregationis: hoc est curtis Heremuscie cum coloniis 2 ad Sculle solventibus 1 lb., 1 coloniam ad Sinde 14 β, ad Vetene 6 β, unam ad Remuscie 10 β, unam ad Cilinen 10 β, hanc villicus habet, unam ad Malle 7 β, ecclesia s. Florini cum decimis et vineis, 2 ad Maie et 2 ad Culusune et cum alpe Samavine solventem 200 caseos, ad Ciline et Ceflure 200 caseos, ad Heremuscia 80 carradas de prato et 60 modios terre et ad Ciline 25; hec omnia dedit eps. Hiltipaldus fratribus Curiensibus pro anima sua.* 6) *Praescriptos 20 fl. imbursavit Ioh. Amseler cantor et can. Curiensis.* 7) *Dedit s. Mariae caminatam unam, de qua detur annuatim galletta vini.* 8) *Legavit annuatim 50 β mez. et 1 β capellano de caminata et stupa, quam Alla de Nainzingen et Wern. filius eius inhabitabant.* 9) *Iohannes de Schowenstain filius eius, can. Curiensis, dedit pro ann° eius capitulo 20 fl. Ren.* 10) *Legavit 20 fl. Ren.* 11) *Datae sunt 8 lb. mez. Curiensis monetae.* 12) *Dedit ad fabricam 20 β imperiales.* 13) *Reliquerunt 8 lb. mez. de areis seu solaminibus et domibus suis in civitate Curiensi.* 14) *Deputatae sunt 16 lb. mez.* 15) *Legavit praebendam suam tam in grossa, quam in cotidiana, qua empti sunt 8 lb. mez. ex domo empta a dicto Pomerantz in Superiori Foro et ex domo dominae Berchtae Scornagatte.*

18. XV kal. [Sifridus de Juvalt can. ob. anno 1258. Agnesa ob.[1]]

19. XIV kal. [Hainricus de Castris subdiac. ob.] Anno 1399 ob. Hainricus dictus Magister de Geltwil, armiger,[2] requiescit in cymiterio ante monasterium, ubi itur super curiam ad dextram ante sepulchrum, quod annexum est monasterio.

20. XIII kal. [Conradus Caramama ob.] [Anno 1429 ob. Iudocus Waelchli can. ecclesie Curiensis, requiescit in ambitu sub lapide domini Uolrici Ungari.[3]]

21. XII kal. [Anno 1429 ob. Ludovicus de Hornstain armiger, olim can. Curiensis, requiescit in tumba iuxta altare Omnium Sanctorum ecclesie Curiensis.[4]]

23. X kal. [Anno 1424 ob. Burkardus Aldrian can. ecclesie Curiensis, requiescit in tumba iuxta altare s. Katherine.[5]]

24. IX kal. Anno 1411 ob. Hartmannus Krös custos et can. ecclèsie Curiensis, requiescit in ecclesia Curiensi iuxta et penes altare beate Katherine et s. Pauli sub lapide.[6]]

25. VIII kal. Judittha ob. Liutfridus ob. [Eberlinus de Maienvelt ob.[7] Petrus et Wilhelm Wezelo ob.[8]]

26. VII kal. Wezel de Lanze ob. Uod.... ob.

27. VI kal. Ann. et memoria omnium inscriptorum fraternitati matricis ecclesie Curiensis.[9]

28. V kal. Uodalricus huius ecclesię advocatus ob.

29. IV kal. Salerna monialis ob.

30. III kal. [Egino de Castello pbr. et can. huius ecclesie, ob. anno 1276.[10] Udalricus Mala Vesica ob. Gisila de Cardine ob.[11]]

31. II kal. [Simon Faber de Ponte ob.[12]] [Anno 1428 ob. Hainricus Huober de S. Gallo, scholasticus ecclesie Curiensis, requiescit ante altare s. Georii prope sepulturam domini de Aspermunt.[13]]

NOVEMBER.

1. kal. Uodalricus ob. Sicherius ob. Wecel frater noster ob. Anno 1303 ob. Cuonradus sac. de Walunstat, can. Curiensis, requiescit ante altare s. Georii sub lapide maiori.[14] [Anno 1453 ob. Hermannus Burser,[15] requiescit in monasterio ante altare s. Pauli.[16]]

2. IV non. [Hugo Curiensis ob.[17] Swikerus Murlinus ob.[18] Hartungus reliquit 12 imperiales prebendariis s. Crucis super una kamenata sita ante domum Spinazze singulis annis in Commemoratione Omnium Animarum persolvendos. Anno 1298 Andreas de Marmorea miles ob.] Ulricus de Strasberg miles ob., requiescit ante monasterium sub lapide iuxta lapidem illorum de Lumarins exeundo ad dexteram manum.[19]

---

1) *Dedit ad fabricam 12 imperiales.* 2) *Reliquit 7 ℔. 10 β ₰ Const., quibus emptae sunt 3 ℔. 4 β mez. a Nicolao dicto Hulwer de domo eius propria in vico Arx dicta Ze dem Kopf.* 3) *Legavit 20 ℔. ₰ Const. de praebenda anni sui gratiae.* 4) *Dedit 100 fl. — Nota de donatione eiusdem etiam eisdem verbis 9. Iunii adscripta est.* 5) *Successit ei in praebenda eo vivente Iohannes Luppfensack, eius nepos, can. Curiensis, qui pro hac cessione praebendae legavit pro ann^o eius 7 ℔. mez. ipso vivente ex bursa sua, post mortem autem suam ex redditibus anni gratiae sui dandas.* 6) *Reliquit totam praebendam suam anni gratiae tam in grossa, quam in cotidiana, qua empti sunt redditus 16 ℔. mez. Anno 1409, die 27. Novembris, dedit idem pro ann^o Eglolfi patris sui, mortui anno 1378 et requiescentis in Veltkirch, et matris suae Sophiae capitulo 20 marcas, 8 ℔. mez. pro marca computando (Nota 11. Martii adscripta).* 7) *Reliquit fabricae 20 ₰ Const.* 8) *Legaverunt ad fabricam solamen de Catedraun de Umblichs solvens annuatim 2 caseos, et magister operis tenetur locare praedictum solamen.* 9) *Statutum est hoc anno 1357 per Rudolfum de Veltkirch decanum et magistrum operis, et capitulum.* 10) *Dedit praedium suum et familiam de Castello.* 11) *Reliquit ad aram s. Crucis sextarium hordei in agro de Muzal confinante agro s. Crucis.* 12) *Dedit gallettam boni vini Clavennae de solamine . . . iuxta solamen Purdinanz, Waltherus de Falaria possidet et persolvit.* 13) *Reliquit 20 ℔. ₰ Curiensis monetae de praebenda sua anni gratiae.* 14) *Reliquit praebendam suam anni gratiae, qua empti sunt redditus 4 ℔. de domo Heinrici de Quadra.* 15) *Fuit dec. Curiensis.* 16) *Reliquit totam praebendam suam anni gratiae, quae facit in summa 56 ℔. ₰.* 17) *Datur de prato eius ad Toliu de Substrata galletta.* 18) *Dedit agrum de Ruvinectia, unus panis datur.* 19) *Reliquit 8 marcas ponderis Curiensis, quibus empti sunt redditus 3 ℔. mez. et 4 β de domo dominae Berchtae Scornagaten.*

3. III non. Berchtoldus de Eschenbach nobilis, can. ecclesie Curiensis, ob., requiescit in Curwalt.[1] [Anno 1440 ob. Wernherus Kilchmatter can. ecclesie Curiensis, requiescit in ambitu ante parvam ianuam sub lapide, ubi itur ad domum cantoris.[2]]

4. II non. [Anno 1284 ob. nobilis vir Waltherus de Vaz.]

5. non. Chuonradus iuvenis de Tarzie[a]) ob., qui iuniorem suum Adelbertum de Luzene dedit, anno 1185.

6. VIII id. Minittius ob.

7. VII id. [Albertus Curiensis can. ob.[3]]

8. VI id. Heinricus vicedominus ob.[4] Hiltrudis ob.[5]

9. V id. Uodalricus subdiac. ob. Sicherus vicedominus ob., qui predium suum in Plantadiz et unam vineam Geninnes dedit. Angenesa de Mau[nes][b]) ob. [Ob. Reinerii Curiensis ep^i anno 1208, qui episcopatum a [pre]decessore suo Heinrico prorsus adnichilatum solerter reformavit et insuper multas possessiones Curiensis ecclesie conquisivit et de predio in Sessammis, quod optinuit, 10 β merc. et 10 ₰ merc. ad altare s. Crucis, quod ipse consecravit, contulit, de quibus fratribus unum servicium constituit. Chonradus Disertinensis abb. ob., qui altare in ecclesia nostra in honorem ss. Placidi et Sigberti construxit[6] et ipsum altare dotavit, videlicet 10 β merc., de decima Emedes 5 et de decima Meils 5, cuius altaris presentatio spectat ad thesaurarium, quicunque fuerit, et quemcunque sacerdotem thesaurarius abbati Disertinensi, qui pro tempore fuerit, praesentaverit, illum abbas sine contradictione investire tenetur, anno 1247.[7]]

10. IV id. Hesso eps. ob. [Conradus de Palu ob.[8]] [Anno 1448, circa festum s. Martini ep^i, ob. Fridericus Lynschlacher pbr. diocesis Babenbergensis, can. exspectans Curiensis, vic. ecclesie parrochialis in Hallis Brixinensis dioecesis, requiescit in Hallis in tumba sacerdotum.[9]]

11. III id. [Egino filius Hugonis ob. anno 1252.[10] Fridericus Biso pbr., can. Curiensis ob. Ruodolfus de Valendaus filius domini Alberti dedit ad fabricam annuatim in festo s. Martini 12 imperiales et in fine 40 β.] Anno 1385 ob. Iohannes de Richenberg vicedominus ecclesie Curiensis.[11] [Anno 1411 ob. Iohannes Guderscher can. prebendatus ecclesie Curiensis[12]; anno 1418 die eadem ob. Iohannes Gaiser, alio nomine Hackmesser, sac. et prebendarius s. Crucis[13]; Iohannes Guderscher

---

a) *D: Tharschis.* b) *Nomen certe non legendum.*

1) *Reliquit praebendam anni gratiae suam, qua empti sunt redditus 5 ℔. de domo quondam Heinrici dicti de Quadra.* 2) *Dedit anno 1439, 17. Martii, pro ann^o suo, olim Ruodini fratris sui et Annae Hopplin de Walastad, famulae suae, praebendam suam anni gratiae tam in grossa, quam cotidiana in Curia et in Veltkirch.* 3) *Dedit 10 β merc. annuatim in villa Auns.* 4) *Plenum servitium de praedio eius.* 5) *Galletta vini de vinea de Melanzes apud Rovin; D addit: Sifridus de Flumins persolvit.* 6) *Hoc altare, in quo reliquiae reconditae sunt ss. Placidi et Sigisberti, Nicolai et 11000 Virginum, Katerinae, Clarae virginis, dedicatum est anno 1271, proxima dominica post Florini [22. Nov.], per Henricum ep^m Curiensem. (Nota 22. Nov. adscripta.)* 7) *D addit: ad idem altare dant ppos. et conventus S. Lucii omni anno in festo s. Martini 1 ℔. mez.* 8) *Dedit praebendarius s. Crucis 4 β de agro ante ecclesiam s. Benedicti apud Umbligs sito.* 9) *Tradidit anno 1441 40 ℔. H. in numerata pecunia pro remedio animae suae, parentum et Fidae famulae suae.* 10) *D addit: galletta de prato ad Tolliu.* 11) *Pro ann^o eius in planitie monasterii ante altare s. Crucis peragendo dedit Iohannes eps. Curiensis redditus 3 fl. de domo domini dicti Maister Uotz in civitate Curiensi sita iuxta conventum Praedicatorum et de prato ante portam superiorem civitatis Curiensis contiguo ponti ibidem et Blassurae.* 12) *De anni gratiae eius fructibus aere alieno multum oneratis apud capitulum, solutis debitis eius aliis, 10 ℔. H. Curiensis monetae antiquae remanserunt, quibus empti sunt 5 β annui census.* 13) *Pallium eius venditum est Iohanni Gul sacerdoti incurato perpetuo in Seewis pro 10 ℔. H. monetae praedictae. Hic Iohannes Gul domum plebanatus in Seewis suis expensis altius levando, cameras in eadem de novo faciens, reformavit et solamen et horreum et agros et prata ad dictum plebanatum emit.*

requiescit in ecclesia Curiensi ante altare s. Georii et Iohannes Gaiser requiescit apud S. Lucium in ambitu.[1]

12. II id. Hermanus de Pugo ob.[2] [C. Piscator ob.[3]]

13. id. Anno 1357, incorporatis ecclesiis parochialibus in Zutz et in Schams dioecesis Curiensis et facta donatione domus lapideae in civitate Curiensi ad mensam capituli per Petrum de Ungaria ep^{m} Curiensem, ppos. dec. et capitulum statuerunt, ut agenda huius ep^{i} die s. Briccii et post obitum eius die obitus celebretur.[4] [Agenda militis Dietegani de Marmorea.]

14. XVIII kal. Judinta ob. [Anno 1272 ob. Henricus de Monteforti eps. Curiensis. Anno 1275 magister Hainricus Mel ob.[5]] [Anno 1415 Cuonradus dictus Scherus sac., rector ecclesie parochialis in Genyns, requiescit in Genyns.[6]]

15. XVII kal. Anno 1395 ob. Iohannes de Sengen pridem scholasticus et can. Curiensis, requiescit iuxta altare s. Iacobi prope parvum hostium, ubi itur ad ambitum.[7]

17. XV kal. Cuonradus de Veltkilche can. et custos huius ecclesie ob., qui predium in Lundins dedit.[8] Anno 1303 Swiggerus de Aspermont subdiac. et can. Curiensis ob.[9] Anno 1390 ob. Ruodolphus de Montfort iunior, requiescit in Veltkirch.[10]

18. XIV kal. Genzo pbr. S. Martini ob.

19. XIII kal. [Henricus de Crazins sac. et can. Curiensis ecclesie ob., qui dedit choro Curiensi 2 libros, unum Graduale et unum . . . .]

20. XII kal. [Ob. Hainricus de Liehtinstain.]

21. XI kal. Victor Curiensis eps. ob., qui Cacias construxit. [Anno 1452 ob. Uolricus Langenhuser pbr. et can. Cur., requiescit in monasterio a parte sinistra altaris s. Iacobi in tumba dominorum de Sengen.[11]]

22. X kal. Paschalis Curiensis eps. ob. Herinburga ob. anno 1147. [Ruodolphus Nano ob.] [Anno 1422 ob. Helias Knörr can. ecclesie Curiensis, requiescit in monasterio ante altare s. Georii sub lapide versus sinistram dicti altaris, ubi legitur evangelium.[12]]

25. VII kal. Siso custos huius ecclesie ob. anno 1151. Mactilda uxor domini Eginonis de Mazie[a]) ob., que nobis aureum calicem dedit, anno 1173.[b]) [Hailviga de Marmolas ob.[13]] Anno 1332 ob. Surio can. Curiensis. Anno 1369 ob. magister Waltherus Kothmann, can. et custos ecclesie Curiensis.

26. VI kal. [Uolricus de Juvalt custos Curiensis ob. anno 1255.[14]]

27. V kal. Uodalricus de Rautene ob.[15] Albero l. ob. [Wernerus subdiac. ob. anno 1249.[16]]

28. IV kal. [Bellabuna de Canova ob.[17]]

29. III kal. Heberardus de Sculle ob. Dominicus pbr. ob. Uodalricus pbr.

---

a) *D: Maschis.* b) *In C tantum legendum est: MCL . ., in D (sed manu recentiore scriptum): MCLXXIII.*

1) *Haec nota 6. Nov. adscripta est.* 2) *Plenum servitium de praedio eius (D (13. saec.): 2 ores, 1 porcum, mensuram frumenti, mensuram vini) magister Uol. de Monteforti persolvit.* 3) *Reliquit ad lumen s. Mariae 2 ℔. cerae annuatim solvendas ex horto suo ultra pontem Plassurae, et est 3. hortus subtus domum Lucii dicti Broc., Iacobus Scafunge persolvit.* 4) *Haec nota non diei s. Briccii (13. Nov.), sed 28. Ianuarii adscripta est.* 5) *Dimisit scolaribus 20 β mez. annuatim de domo in urbe, quos persolvit Petrus filius fratris eius.* 6) *Reliquit 10 marcas Curiensis aestimationis.* 7) *Reliquit totam praebendam suam anni gratiae tam in grossa, quam in cotidiana.* 8) *D addit: 1 ℔. ₰, 2 servitia plena de Maladers.* 9) *Pro ann° eius et Eglolfi de Asperomonte militis persolvuntur de domo Curtischella 26 ℔. mez.* 10) *De possessionibus suis ordinavit pro agenda sua, dum viveret, et pro ann° suo post mortem 20 ℔. mez.* 11) *Legavit in sua praebenda 38 ℔. et 12 β ₰, quibus empti sunt redditus annui 15 ℔. et 8 β mez. de domo Iohannis Fry, alias Molitoris, circa macellum. Iam anno 1422 autem idem donaverat praebendam anni gratiae in grossa pro celebranda agenda sua, dum viveret. (Nota 26. Nov. adscripta.)* 12) *Reliquit totam praebendam suam anni gratiae.* 13) *Reliquit 1 ℔. mez. ad fabricam s. Mariae.* 14) *Dedit praedium suum apud Amides, quod dicitur De Mala Veschiga. Socra Iacobi de Salas persolvit integrum servitium.* 15) *Servitium de curte eius plenum excepto vino.* 16) *Dedit s. Mariae agrum Adammes solventem gallettam vini et 2 β mez. sacerdotibus de s. Cruce.* 17) *Dedit ad fabricam beatae Mariae 2 ℔.*

ob. Egino pbr. ob. Sig[v]ridus pbr. ob. [Eberhardus subdiac., dec. et scholasticus Curiensis ob. anno 1278. Angnesa filia Steffani de Waze ob.[1]] Margareta filia quondam domini Alberti de Gruenenvels, relicta nobilis viri Hainrici de Montalt, ob.[2] Anno 1323 occisus est Iacobus de Scotenstain in villa Ruwans in servitio ecclesie.[3]

DECEMBER.

2. IV non. Uodalricus huius ecclesię advocatus ob. [Chuonradus miles de Rialt ob. anno 1225.[4]] Filius Wezlonis de Marz ob.[5]

5. non. Ruopertus Curiensis eps. Monella ob. [Anna filiastra C. Vascelare ob.[6]]

7. VII id. Gisula de Rautene ob. Burchardus acolitus et can. huius ecclesie ob. anno 1155. Anno 1303 ob. Ulricus can. Curiensis, dictus Trisener, requiescit ante altare s. Pauli.[7]

8. VI id. [Chunr. de Juvalta ob.] [Anno 1447 ob. Hainricus Sur de Merspurg licentiatus in decretis, olim scholasticus et can. ecclesie Curiensis, requiescit ante Sepulchrum Christi in ecclesia Curiensi.[8]]

9. V id. [Iohannes de Amedis ob.] Hainricus Sutvia[a]) ob., requiescit ante ostium monasterii iuxta sepulchrum Andrae militis de Marmorea.[9]

10. IV id. Iohannes ob. Anno 1361 ob. Heinricus dictus Rutzüns sac., rector ecclesie in Ryalt.[10] [Anno 1433 ob. Iohannes Stampfer et Katherina de Gadezora eius uxor legitima, requiescunt iuxta murum capelle beate Marie Magdalene prope hostium.[11]]

11. III id. Bruno ob. [Rodulphus minister de Sellaunis ob.[12]]

12. II id. Wernerius subdiac. et can. ob. anno 1142. [Anno 1461 ob. armiger Hainricus de Sigberg, requiescit in monasterio ante altare s. Pauli.[13]]

13. id. Bruno Mallensis ob. Iohannes pbr. de Summovico ob. Anno 1321 ob. Hainricus de Arbona can. ecclesie Curiensis, requiescit in crypta ante altare Corporis Christi.[14]

15. XVIII kal. [Andreas pbr. et can. et pleb. de Scammis ob. anno 1225. Zulla ob.[15]] Iohannes de Belmont miles ob., requiescit in Castris.[16]

16. XVII kal. Geba sor. nostra ob. [Anno 1433 ob. domina Anna Gielingerin, uxor legitima Hainrici Amselers armigeri, requiescit in tumba ante altare s. Oswaldi in ecclesia Curiensi.[17]]

17. XVI kal. Uodalricus ob. Chonradus de Aqua Rubia ob. [Ob. Wilhelmus de Frowenberg can. Curiensis, cuius corpus iacet ante altare s. Chonradi.[18]]

---

a) *E: de Subvia.*

1) *Dedit ad fabricam 20 ß mez.* 2) *Reliquit ad fabricam vestem et tunicam.* 3) *Dedit ad fabricam vestem, scilicet tunicam superiorem et inferiorem, aestimatam ad 6 ℔. mez.* 4) *Filius eius, dominus Waltherus, de praedio suo apud Tusans vocato Luppias 5 ß merc. deputavit, 1 in porco, 2 in grano et 2 in caseo, in festo s. Martini persolvendos.* 5) *Dedit 2 ℔. merc. ad fabricam.* 6) *Reliquit ad fabricam 10 ß.* 7) *Reliquit 4 ℔. mez. de vinea sua in Vadutz, quam ab Iohanne fratre suo comparaverat, et de pratis dictis De Gerousa, per quae itur ad navigium in Schan.* 8) *Legavit praebendam suam anni gratiae cum cotidianis distributionibus, quibus empti sunt redditus 2 ℔. et 5 ß ₰ Const. ab Hainrico de Sull, alio nomine Pfänn, de bonis et vinea sua ante portam inferiorem.* 9) *Reliquit pro ann^o suo et patris sui 20 ß mez. annuatim de 2 iugeribus agrorum in Gavaraissen in loco dicto Sub saxo Lunat, quos nunc Ruodolphus filius eius possidet.* 10) *Reliquit 20 ß mez. redditus de domo sua in civitate Curiensi in vico dicto Salas.* 11) *Reliquerunt 12 ℔. mez. census de domo parva super portam, qua itur per Curtisellam, ad ripam molendini et pro pauperibus 8 ℔. mez. de domo Maladerin in Superiori Foro, quam nunc Berchtoldus notarius civitatis Curiensis possidet, et de agro in Malaer.* 12) *Reliquit vestem valentem 40 ß. mez. ad opus s. Mariae.* 13) *Tradidit, dum viveret, pro ann^o suo et uxorum suarum Annae de Schowenstain et Elizabeth Kirchmatterin capitulo 1 ℔. ₰ Const. de curia sua in Trymis.* 14) *Reliquit cotidianam anni gratiae suae, qua empti sunt redditus 4 ℔. mez. de domo Ulrici de Befurgs (D: Furcs).* 15) *Reliquit ad fabricam 5 ℔. mez.* 16) *Dantur 6 ℔. mez. de curte dicta Schlarenasca in Valls.* 17) *Maritus eius dedit 20 ℔. ₰.* 18) *Frater eius, dominus Henricus, dedit ad altare s. Chunradi 2 ß merc. in villa Castris de Curti Granda, 1 in caseo et 1 in grano.*

18. XV kal. Egino pbr. ob. anno 1142, qui 3 plena servicia constituit in obitu, septimo, tricesimo.[1] [Ob. Menega de Granaira.[2]] Agnesa filia ministri Gaudentii ob. Anno 1387 com. Donatus de Toggenburg reliquit pro remedio anime sue et fratris sui, comitis Diethelmi de Toggenburg, ac omnium antecessorum suorum 8 ℔ mez., qui sepulti sunt in cenobio Rüti prope Rapreswil.[3]

19. XIV kal. [Hainricus de Lumarins et Hiltdrudis uxor eius reliquerunt 100 ℔ mez.] Anno 1397 ob. Gaudentius de Plantayr armiger, requiescit in capella beate Marie Magdalene.[4]

20. XIII kal. Genzo Provida ob., qui agrum de Cruce [dedit].[5]

21. XII kal. Hariprandus Novariensis eps. ob.

22. XI kal. Victor diac. ob. Ob. Ruodolphus pbr.... S. Lucii. [Mazzina de Kaveraissen ob.[6]]

23. X kal. Heinricus Curiensis eps. ob.

24. IX kal. Victor pbr. ob. [Arnoldus eps. Curiensis ob. anno 1221.] Anno 1320 ob. Goetfridus miles de Schowenstain, requiescit in Kazz.[7]

25. VIII kal. Victor pbr. de Paiste ob.

26. VII kal. [Ulricus sac. dictus Faber ob. anno 1297.[8]]

27. VI kal. Uodalricus de Furewe[a]) ob., qui vineam in Avine[b]) dedit.[9]

28. V kal. [Ita de Syan ob.[10]]

29. IV kal. Wernherus m. ob.

31. II kal. [Ob. Ruodolfi de Belmont can[i] Curiensis et Herbipolensis anno 1204.] Dominus Ruodolphus de Valendaus contulit annuatim 2 caseos ad fabricam matricis ecclesie Curiensis de curia in Versaum pro remedio anime sue et uxoris sue et pro infantibus et suis predecessoribus, scilicet patris et matris sue, et pro Alberto de Ponte et uxore sua et omnibus parentibus et in fine dimidiam marcam.

NOTAE NECROLOGICAE FABARIENSES.

Monasterii in loco Pfävers iam saeculo VIII. conditi et anno 1838 sublati necrologium, quod viro optime merito Ildefonso de Arx (Geschichten des Kantons St. Gallen I, 473) teste saeculo XIV scriptum erat, etiam saeculo nostro ineunte exstitit. Quo necrologio iam perdito, tenemus notas tantum illas, quas Ildefonsus ex eodem in usum vertit (I, 434, II, 31, 59, 226, 282).

2. Anniversaria nonnulla in monasterio Fabariensi celebranda saeculis XIII. et XIV. calendario psalterii huius monasterii membranacei, nunc in tabulario pagi Sangallensis asservati inscripta sunt.

---

a) *D: Frounis.* b) *D: Aciune.*

1) *D addit: dimisit scholaribus 1 modium singuli et 1 caseum in orto de Plattes.* 2) *Reliquit 30 β mez. ad opus s. Mariae.* 3) *Ann. eorundem ante altare s. Crucis peragitur.* 4) *Reliquit 1 seccaturam prati in Tulii, quam nunc Iohannes Schmalenberger notarius capituli habet in feodum pro 4 ℔ mez. annui census.* 5) *D: 1 modius grani datur.* 6) *Dedit ad fabricam s. Mariae 15 β mez.* 7) *Legavit 30 marcas, quibus comparatae sunt 12 ℔ redditus de 2 domibus [in civitate Curiensi]. Anno 1409 consentiente Burkhardo de Schowenstain capitulariter decretum est, ut in hoc ann° 9 missae celebrarentur.* 8) *Reliquit annuatim dandos 12 imperiales ad altare s. Crucis et ½ galettam vini Clarennae ad secretarium de prato vocato Campadell, etiam dicto de Compania.* 9) *D: Mensura vini de eadem vinea.* 10) *Reliquit 2 sextaria grani singulis annis solvenda ad fabricam.*

Huius calendarii folia, quibus menses Ianuarii—Iunii continebantur, iam desunt.[1]

3. Nota necrologica etiam exstat in calendario libri missalis Fabariensis, nunc in tabulario quod dixi asservati, membranacei, quae mense Martii saeculo XIII. inscripta est.

Notas saeculo XIII. scriptas hic literis maioribus, notas saeculo XIV. in psalterio additas literis minutis et notas tantum ab Ildefonso de Arx servatas literis minutis, latius dispositis distinxi.

MARTIUS.

6. II non. 1446, an st. Fridlis tag, do beschach die schlacht zwischen den herren und den Eidgenossen zu Ragaz, und verlurent vil from lút, edel und unedel.

31. II kal. Martinus cap. et notarius, m. Fabariensis ob., cuius anima requi[escat] in p[ace].

APRILIS.

30. II kal. 1436, am Mayabend, ist abgangen der wolgeborn herr, graff Frydrich von Toggenburg, der hinterst und lest, zu Feldkirch uff dem schloss, und nach fünf oder sechs jahren ward er erst gen Rüti geführt und lit da begraben by andern herren von Toggenburg.

IULIUS.

3. V non. Conradus sacrista ob.[2]

6. II non. Burchardus de Lindaugia ob.[3]

15. id. Henricus m. et pbr. ob.

19. XIV kal. Ruodolfus abb.[a])

AUGUSTUS.

17. XVI kal. Richart sor. ob.[4]

20. XIII kal. Cuonradus pbr. et m. ob.[5]

26. VII kal. Walther villicus de Quarto ob.[6] H. de Schoenenstain abb. monasterii in Monte s. Marie ob.

SEPTEMBER.

1. kal. Bertoldus m. ob.[7]

8. VI id. Hartwicus pistor ob.

14. XVIII kal. Albertus, Hen., Werner, Eberardus, filii advocati. Ob. dominorum de Amidis.

15. XVII kal. Cuonradus cellerarius ob.[8]

19. XIII kal. Manegoldus pbr. et m. ob.[9]

25. VII kal. Ob. Uolrici dicti Ungericht.[10]

OCTOBER.

4. II non. Machtil ob.[11]

16. XVII kal. Henricus de Severgal ob.[12]

---

a) *Haec nota demum circa annum 1600 addita est.*

1) *Praebenda in his anniversariis danda erat stoupus vel poculum vel 4 galletae vini, simila (vel panis) et stoupus vini, stoupus vini et 2 fercula, simila et 2 fercula et stoupus vini etc.* 2) *Pr. de prato in Purschillis et in Sapaus.* 3) *Pr. de praedio, quod redemit in Ruti et ex decima in Ragaz.* 4) *Pr. ex agro in Caudevigi.* 5) *Pr. de Choalt.* 6) *Pr. e praedio eius in Arluns. — Teste Ildefonso de Arx (l. c. I, 434) in necrologio scriptum erat: Walter villicus de Quarto, Rudolf villicus in Quartun fundat staupum vini.* 7) *Pr. de quodam prato.* 8) *Pr. de prato in Purscillis et in Sapaus.* 9) *Datur etiam elemosina pauperibus.* 10) *Dedit decimam curiae in Litschans sitae in parrochia Altenstat pro anno suo et uxoris suae et Mechtildis dictae de Wolffurt.* 11) *Pr. de Rúti in Thuggon.* 12) *Dedit 1 ℔ cerae annuatim de quodam agro dicto In Pudriu ....*

19. XIV kal. Lutfridus pbr. de Meginvillar ob., qui dedit praedium in Megewillar et in Vissbach et in Berchein et in Schwindorf.

21. XII kal. Hermannus ... ob.[1]

NOVEMBER.

4. II non. Dominus C. pbr. de Walastat, can. Curiensis ob., qui destinavit et tradidit huic zenobio .... le novum ac preciosum, continens in se psalterium et legendas cum hystoriis per circulum anni, sed .... rium et preterea in alio ....

8. VI id. Ludewicus de Burs ob.[2]

11. III id. Iacobus dec. Fabariensis de Charhestain ob.

19. XIII kal. Uolricus ob.[3]

DECEMBER.

1. kal. Hermannus de Marthorf ob.[4]

13. id. Cuonradus miles de Vilingen ob.[5]

30. III kal. Reimbot[a]) pbr. et m. ob.[6]

31. II kal. Otto pbr. et m. ob.

Ann.[7] omnium virorum, mulierum et puerorum nostri monasterii, qui 1349 in illa magna et inaudita epidemia obierunt, quorum numerus se extendit ad duo millia et circiter.[8]

NECROLOGIUM MONASTERIENSE.

Necrologium coenobii sanctimonialium ordinis s. Benedicti in vico Münster dicto pagi Grisoniae, quod Karolum Magnum anno 801 condidisse dicunt, medio aevo scriptum non asservatum est; exstat tantum recensio in codice cartaceo (4°) circa annum 1700 scripta, qua cotidie sanctimoniales in choro utuntur. Huius recensionis scriptor autem notas paucas tantum e necrologio priore nunc deperdito transtulit, quas mihi vir reverendus Basilius Schwitzer, monachus Montis s. Mariae et professor gymnasii in civitate Meran, benevole exscripsit, cui hic gratias debitas ago.

IANUARIUS.

22. XI kal. Frau Galla de Kazes abbª 1209.
23. X kal. Frau Hadleidis abbª 1235.
24. IX kal. Domina Ioanna abbª 1277.
27. VI kal. Conradus et Norbertus eps. Curiensis.
28. V kal. Dominica (*sic*) Lucia de Praz abbª 1397.
29. IV kal. Frau Lucia Rinkin abbª 1435.
30. III kal. Frau Maria abbª 1269.

---

a) *Certe non legendum.*

1) *Pr. de vinea iuxta viam apud curiam villici.* 2) *Pr. de Valendes.* 3) *Pr. ex prato Runchallaz.* 4) *Datur ferculum de carne porvina, dimidius stoupus vini de 2 vaccis (sic).* 5) *Pr. ex praedio in Manidorf.* 6) *Pr. de colono in Vazes.* 7) *Ildefonsus de Arx diem, quo hoc ann. celebrandum erat, omisit (l. c. II, 31).* 8) *Ildefonsus de Arx (l. c. II, 59) praeterea nuntiat, in necrologio scriptum esse, Conradum de Wolffurt pro ann° suo pannum aureum et sericum 300 fl. valentem et Ulricum de Wolffurt pro ann° suo pannum, quem anno 1350 ex Ungaria misit, dedisse.*

FEBRUARIUS.

1. kal. Meinradus graf zu Tyrol, benefactor 1255.
2. IV non. Ottocar de Enais benefactor 1358.
3. III non. Osanna von Engadin, guethäderin, 1362.
25. V kal. Frau Isalt Ringghin.

MARTIUS.

26. VII kal. Frau Amäliä von Castelmur 1460.

IUNIUS.

12. II id. Frau Agnes von Sins, welche ursach wegen dem miraculoſsem hl. bluet.
13. id. Frau Adelhait, beförderin der einsäzung des hl. blutes.
14. XVIII kal. Herr Bertholdus, vorgesözter in diesem Kloster, welcher mit dem hl. blut auf Rom gereiſst.
15. XVII kal. Herr Iohannes priester und käplän in diſsem kloster, welcher mit der wunderbaren hostia geflohen.
16. XVI kal. Frau Catharina von Kastelmur 1477.
17. XV kal. Frau Anna Faistlin 1472.
18. XIV kal. Frau Clärä von Salis 1477.
22. X kal. Frau Adelheitis abbtissin 1211.
23. IX kal. Herr Fridericus von Traſspes, guthäter, 1163.
24. VIII kal. Frau Irmengärdis Heilwikä von Traspes, tochter des Friderici von Traspes, guthäterin, 1163.
25. VII kal. Frau Kunegundis, guthäterin.
28. IV kal. Egenius bischof zu Chur, guthäter, samt dem ganzen capitl.
29. III kal. Herr Egeno, gerichtsherr in Mätsch, guthäter.
30. II kal. Frau Dietrudis, abbtissin, 1304.

IULIUS.

14. II id. Albertus graf zu Tyrol und seine ehfrau, guthäter, 1210.
15. id. Frau Margaritha von Castelmur.
16. XVII kal. Frau Ursula Ringghin.

AUGUSTUS.

17. XVI kal. Frau Adelheidis, tochter des graf Alberti, gutthäterin, 1212.

SEPTEMBER.

2. IV non. Frau Angelina Plantin, abbtissin, 1494.
11. III id. Frau Märgerita von Sax.

NECROLOGIUM MONTIS S. MARIAE.

Mortuarium vetustissimum, quod adhuc exstat, monasterii ordinis s. Benedicti ab advocatis de Mazis in loco Schuls vallis Engadinae saeculo XII. conditi et aliquot annos post in vicum Marienberg vallis Venustae translati epitome est necrologii nunc deperditi, quam Goswinus prior huius monasterii in calendario chronico suo Montis s. Mariae praemisso saeculo XIV. inscripsit. Eandem (a me A nominatam) cum chronico quod dixi accuratissime iam anno 1880 vir reverendus Basilius Schwitzer, conventualis Montis s. Mariae, (Tirolische Geschichtsquellen II) edidit et descripsit.

Necrologium autem, quo etiamnunc monachi Montis s. Mariae cotidie in choro utuntur, teste patre Basilio, circa annum 1700 in codice cartaceo (4°) scriptum est. Scriptor eiusdem (a me B nuncupati) epitomen Goswini omnem, exceptis notis tantum de donationibus mortuorum, in opus suum transtulit et ex alio fonte, quem indicem abbatum monasterii sui fuisse puto, nomina abbatum nonnullorum adiecit. Notas omnes huius necrologii B, qui homines ante annum 1500 defunctos vocant, mihi Basilius Schwitzer accurate transscripsit, cui hic non possum, quin gratias agam debitas.

Notas Goswini hic literis minutis, notas necrologio eiusdem postea additas vel tantum necrologio B traditas literis minutis uncis inclusis distinguendas curavi.

IANUARIUS.

7. VII id. Mahtildis uxor Minigetti de Lavina.[1]
8. VI id. Ob. domina Agnes, uxor Hainrici Gladiatoris de Merano.[2]
9. V id. Ob. Agnes uxor Hainrici Sutoris.[3 4]
11. III id. Ob. Albertus primus abb. huius loci[5] 1152. 1280 ob. Albero advocatus de Matsch.
12. II id. 1263 ob. Pero abb. istius loci.
13. id. 1158 ob. Mazellinus abb., noster confrater.[6] Ob. eciam domina Agatha de Sludernio.[7]
14. XIX kal. Ob. Thomas confrater l.[8]
15. XVIII kal. Ob. Iohannes Claviger noster confrater.[9]
16. XVII kal. Ob. Katherina de Slüs nostra consoror.[10]
17. XVI kal. Ob. Minigo Matutz et uxor eius, domina Mathildis.[11]
26. VII kal. Ob. Irmgardis filia Michalet de Dozzo.[12]

FEBRUARIUS.

1. kal. Anno 1360 ob. Hertwicus advocatus in vinculis.
2. IV non. Ob. Udalricus filius fundatoris nostri,[13] monachus factus.[14] Ob. Hainricus Gladiator de Merano.[15]
5. non. Ob. dominus Hetzilo cancelarius, qui multa bona fecit monasterio in literis suis,[16] hic stat depictus apud ianuam chori.
18. XII kal. Ob. Hainricus Suppan noster confrater, qui dedit bona sua nostro monasterio, que non scripsi, quia incisus fuit liber.
19. XI kal. Ob. Chunradus[17] abb. 1298.
20. X kal. Ob. Sigobandus cv., noster confrater,[18] hic stat depictus ad S. Benedictum et eciam ibidem 2 missas in ebdomada instituit.

MARTIUS.

3. V non. Ob. Hainricus scolaris, qui ordinavit missam ad S. Iohannem Ewangelistam.
12. IV id. Ob. Theobaldus pbr. in Slanders.[19] Ob. Nannes de Ramüs, qui creditur esse ille, qui spoliavit ecclesiam nostram in Nuders.
15. id. Ob. Katherina filia Iohannis ministri.[20]
17. XVI kal. Ob. dominus Swikerus de Montelbon 1317.[21]

---

1) *Dedit 8 modios redditus.* 2) *Dedit 6 galetas olei ad altare s. Crucis, et maritus eius dedit modios 30 redditus et caseos 30 redditus.* 3) *B: Henrici de Búrgus.* 4) *Dedit aedificium domus suae, cuius fundus est noster.* 5) *B addit: postulatus ex monasterio Ottoburano.* 6) *B: Macelinus abb. nostri monasterii, postulatus ex Ottobeirn.* 7) *Dedit 2 modios pomorum ex pomario suo.* 8) *Dedit campos et prata pro ann° suo faciendo et pro missa habenda semel in septimana ad s. Nicolaium (sic) vel ad s. Katherinam.* 9) *Dedit agrum subtus Laz.* 10) *Dedit domum in Slüs et campos in eodem territorio.* 11) *Dederunt domum in villa [Burgeis] et campos et prata. — B nominat eos confratres.* 12) *Contulit modios 3 redditus.* 13) *Dedit partem haereditatis suae.* 14) *B: qui in nostro monasterio factus est monachus.* 15) *Legavit ½ curiam in Glurns.* 16) *Dedit curtim in Ponte Buvend sive Martini.* 17) *B: Conradus III. abb. nostri monasterii 12.* 18) *Dedit curtim in Latasch et praedium in Slüs.* 19) *Contulit curtem in Vetzano.* 20) *Contulit modios 2 redditus.* 21) *Dedit agrum in Malles solventem modios 15 redditus.*

APRILIS.

4. II non. Ob. Iohannes de Dozzo.[1]
7. VII id. Ob. Gebezo, qui eciam fuit de genere Friderici abbatis.[2]
8. VI id. Ob. Gebhardus filius domini Friderici, fratris fundatoris nostri.[3] Et Volgerus abb.[4] ob. 1180, qui ante consecrationem abbaciam resignavit.
10. IV id. Ob. Fridericus frater domini Ulrici, fundatoris nostri.[5]
14. XVIII kal. Ob. Diemudis l^a^ de Mals.[6]
18. XIV kal. Ob. Egino advocatus de Macias 1277, cuius ann. peragi debetur cum universis sacerdotibus circumvicinis.[7] Ob. Iohannes abb. 1214.[8]
24. VIII kal. Ob. Iohannes de Yde.[9]

MAIUS.

4. IV non. Ob. Hamkinus nepos Wisonis abbatis, occisus in servicio nostro a conpatre suo, eciam proprio nostro, 1358.
9. VII id. [Wyso 16. abb. nostri monasterii 1362.]
19. XIV kal. [Ybanus a Róttenstein 20. abb. nostri monasterii 1439.]
27. VI kal. [Udalricus de Reichenberg, filius domini Alberti de Rodunda.]

IUNIUS.

5. non. [Henricus I. abb. 19. nostri monasterii 1427.]
8. VI id. Ob. Chunradus[10] abb. 1254.
9. V id. Ob. Gebhardus frater fundatoris in Ierusalem.[11]
12. II id. [Marquardus 21. abb. nostri monasterii 1433.]
17. XV kal. Ob. Gebhardus abb.[12] n. c. 1179; hic multa bona monasterio fecit.
25. VII kal. Ob. Iohannes[13] abb., qui multa bona fecit monasterio, 1320.
26. VI kal. Ob. dominus Albero de Burgiis, consanguineus Friderici abbatis.[14]
30. II kal. Ob. Swikerus can Curiensis.[15]

IULIUS.

7. non. Ob. domina Berndrudis, inclusa, que comes erat in Terram Sanctam domine Ute, fundatricis nostre.
8. VIII id. Ob. Ulricus advocatus,[16] qui dominum Hermannum[17] decollari iusserat, et ipse a suo patruo, domino Egnone, est occisus 1309.
11. V id. Ob. Fridericus[18] abb. 1194.
16. XVII kal. Hac die est incisio graminum in prato dicto Tresenaires prope Mals. Ob. dominus Chunradus de Schrovenstain.[19]
20. XIII kal. Ob. Nicolaus pistor noster de Glurnio[20] et uxor sua, domina Agnes.[21]

AUGUSTUS.

26. VII kal. Ob. occisus gladio Hermannus abb.[22] 1304.
27. VI kal. Ob. Hainricus filius Egnonis fratris Friderici abbatis.[23]
29. IV kal. [Ob. sacri Romani imperii princeps ac dominus Udalricus, ex nobili Bucinorum familia natus, eps. Brixinensis. anno 1437.[a])]

---

[a]) *Additamentum codicis A*

1) *Contulit modios 4 redditus.* 2) *Dedit curtim in Sliniga nomine Casatz et 15 modialia in Martzelago.* 3) *Dedit curtim in Salina cum capella et alia bona in Vetano et in Prato Maiore pro anno suo et patris sui.* 4) *B: abb. quintus nostri monasterii, postulatus ex monasterio Ottoburano.* 5) *Dedit curtem in Nals.* 6) *Contulit 1 ℔. Veronensem redditus.* 7) *Dedit curtim de Wanga unacum domino Alberone.* 8) *B: Ioannes I. abb. 7. nostri monasterii 1213.* 9) *Contulit 13 oves.* 10) *B: Conradus I. abb. 9. nostri monasterii.* 11) *Dedit campum Martzelag et in Scull alia bona.* 12) *B: 4. abb. nostri monasterii, postulatus ex Ottobeirn.* 13) *B: Ioannes II. abb. 15. nostri monasterii.* 14) *Dedit curtim in Sliniga pro ann^o^ suo, uxoris suae Mathildis com^ae^ et parentum suorum cum manu filiorum suorum, et ut lumen ante altare s. Iohannis Ewangelistae habeatur, et servitium fratribus exhibeatur in ann^o^.* 15) *Dantur in servitio fratrum 6 modii decimarum in Prato Maiore.* 16) *De Mazis.* 17) *Abbatem Montis s. Mariae.* 18) *B: Fridericus com. de Ulten, 6. monasterii nostri abb. et primus nostri monasterii professus.* 19) *Dedit curtim in Nuders cum omni iure suo et alia bona ibidem.* 20) *Manu recentiori corruptum in: Nicolaus Plabener a Plaben et uxor sua, domina Anna.* 21) *Dederunt, quia confratres nostri [erant], domum in villa [Burgeis] et campos et prata.* 22) *B: Hermannus a Schenstain, 14. abb. nostri monasterii, postulatus ex monasterio Fabariensi, qui pro iuribus claustri iussus est decollari.* 23) *Dedit curtim in Prato Maiore nomine Saxalbo cum familia in ea residente.*

SEPTEMBER.

2. IV non. Ob. Arnoldus pbr. secularis, noster confrater.[1]
4. II non. Ob. Chunradus l., noster confrater, de Slüs occisus.[2]
9. V id. Ob. Irmgardis uxor Strumsak, filia quondam Michahel de Dozzo.[3]
12. II id. [Nicolaus 17. abb. nostri monasterii 1388.]
13. id. Ob. Albertus pbr. m. n. c., ob cuius memoriam scripti sunt libri musicales per fratrem Goswinum, debitorem et oratorem suum,[4] 1348 tempore magne pestilencie.
17. XV kal. Ob. pius dominus Ludwicus, marchio Brandenburgensis, dominus Tyrolis,[5] 1361. Ob. Irmgardis l[a], mater huius scriptoris.
19. XIII kal. Ob. Arnoldus com. de Grifenstain, qui fuit ex parte matris frater fundatoris nostri.[6]
21. XI kal. Anno 1365, die dominico, factus fuit terre motus hora prima. [Petrus I. Büchele 22. et primus infulatus abb. nostri monasterii, 1458.]
25. VII kal. [Casparus 24. abb. nostri monasterii, 1465.]
28. IV kal. [Albertus II. abb. 18. nostri monasterii, 1415.]
30. II kal. Ob. Hailika de Mals.[7]

OCTOBER.

3. V non. Ob. Adelgosus eps. Curiensis, qui consecravit et criptam nostram, 1160.
7. non. Ob. Udalricus dictus Primele de Burgiis, primus fundator hospitalis s. Valentini apud lacum Corun[8]; eadem ecclesia dedicata est 1140, XVII. kal. Novembris.
8. VIII id. Anno 1359 reconciliatum est monasterium istud a casu Bavarino.
11. V id. Ob. Egno de Rodundo.[9]
16. XVII kal. [Iohannes III. abb. 25. nostri monasterii, postulatus ex monasterio s. Georgii, 1472.]
23. X kal. Ob. Maria uxor Hainrici comitis de Pyano,[10] et sepulta est apud nos.
25. VIII kal. Ob. Ulricus advocatus de Maths 1367, procuratus omnibus sacramentis.
30. III kal. [Albertus III. ex baronibus de Brandeis, 26. abb. nostri monasterii, 1499.]

NOVEMBER.

2. IV non. Ob. Fridericus com. de Ulten, pater Friderici abbatis.[11]
24. VIII kal. Ob. Mathildis monialis, nostra consoror, uxor Friderici comitis de Ultimo, mater Friderici abbatis.[12]
26. VI kal. Ob. Mathilda uxor domini Egnonis de Maze, sepulta apud nos.[13]
27. V kal. Ob. Chuno abb. 1217.[14]
30. II kal. Ob. Eberhardus fundator Scullensis monasterii.[15]

DECEMBER.

2. IV non. Ob. domina Uta, monialis, uxor domini Ulrici, fundatoris nostri, que eciam dedit partem suam monasterio nostro.
3. III non. Anno 1287 ob. Randoldus de Lautz noster confrater.[16]
5. non. Ob. domina Gerbirgis de Lautz, uxor notarii.[17]
14. XIX kal. Swikerus abb.,[18] noster confrater ob. 1163.

---

1) *Dedit vineam in Vetzano et agrum in Sliis et campum in Sliniga.* 2) *Dedit agrum nomine Aneyda 10 modiorum redditus.* 3) *Dedit agrum dictum Camplong solventem modios 6 redditus, quorum 2 sunt conventus pro missis faciendis.* 4) *B false eundem fratrem Goswini chronistae nominat.* 5) *B addit: filius Ludovici imperatoris quarti.* 6) *Dedit praedium in Passyra et curtim in Mais Velde nominatam.* 7) *Dedit 40 ℔. Veronensium.* 8) *B: s. Valentini in Haid.* 9) *Dedit monasterio modios 3 et conventui modios 2 ex agro suo in Slüs nomine Zenzag.* 10) *Dedit 2 curtes in Hefningen.* 11) *Dedit curtem in Superiori Mays, Dorfmaister hof, pro anno suo, uxoris suae Mathildis et filiorum suorum Egnonis, Ulrici et Arnoldi.* 12) *Dedit curtem in Nova cum multis aliis bonis pro remedio suo et filii sui Egnonis.* 13) *Dedit praedium in Sculles solvens 60 siliquas casei pro anno suo et ad lumen ecclesiae.* 14) *B: 8. abb. nostri monasterii.* 15) *Dedit curtes, alpes et decimas.* 16) *Dedit 63 siliquas casei redditus et modios 14, et uxor eius, domina Gesa, dedit marcas 20 vel 40 modios redditus.* 17) *Dedit agrum in Slüs solventem modios 12, quorum 6 modii sunt conventus tali pena, quod, quando hoc negligetur, tunc ager ad parentes redeat.* 18) *B: 3. nostri monasterii abb., postulatus ex monasterio Ottoburano.*

15. XVIII kal. Ob. Chunradus abb.[1] dictus Stiero, 1271.
16. XVII kal. Ob. Rigardis uxor Hainrici scolaris de Glurnio, qui fecit missam ad S. Iohannem Ewangelistam.[2]
20. XIII kal. Ob. Hertwicus advocatus[3] 1250.
23. X kal. Ob. Ulricus abb.[4] 1301.
24. IX kal. Anno 1177 ob. Ulricus pius fundator huius loci, et eius ann. et omnium parentum suorum et peragi debet cum sollempni elemosina et cum missis et vigiliis sollempniter per conventum.
28. V kal. Ann. dies per anticipationem Alberonis advocati de Macias, qui peragi debetur cum universis sacerdotibus circumvicinis.[5]

---

1) *B: 11. abb. nostri monasterii.* 2) *Dedit modium tritici, modium siliginis et modium hordei redditus de agro in Mals.* 3) *De Mazis.* 4) *B: Ulricus de Ramüss, 13. abb nostri monasterii.* 5) *Dedit curtim de Wanga unacum Egnone advocato [de Mazis].*

VII.

APPENDIX.

NOTAE NECROLOGICAE BERNOLDI.

Bernoldus propugnator ille Gregorii VII. papae acerrimus calendario codicis, in quo chronicon suum inscripsit, etiam nomina defunctorum adiecit, quas notas necrologicas cum chronico ipso vir clarissimus Pertz (S. S. V, 391 ff.) primus edidit.[1] *Quas notas Bernoldum anno 1074 scribere coepisse, ex eo emergit, quod nomen Heremanni marchionis, qui hoc anno, die 26. Aprilis, decessit, ab eo primum inscriptum est. Usque ad annum vero 1096 scribere perrexit, cum nomen novissimum, cuius aetatem novimus, Sigefridi sit abbatis Scafhusensis, huius anni die 28. Octobris defuncti. Initium ergo fecit Bernoldus notarum necrologicarum, antequam monachus fieret, et desiit nomina eisdem inserere, cum in coenobio Scafhusensi moraretur.*

Usui meo has notas cum autographo Bernoldi vir clarissimus Grauert professor Monacensis contulit, cui hic gratia debitas ago.

Notas anno 1074 semel inscriptas hic literis maioribus, latius dispositis, continuationes autem literis maioribus signavi.

IANUARIUS.

23. X kal. Otto III. imperator ob.
27. VI kal. Reginnaldus eps. ob.
28. V kal. Karolus magnus imperator ob.

FEBRUARIUS.

3. III non. Kraft ob.
17. XIII kal. Widerolt, Marcuart cum 113 Ierusalem tendentes naufragio emundati dormierunt.
21. IX kal. Petrus Damiani cardinalis eps. requievit in pace.[2]
28. II kal. Gerunch vere m. discessit.

MARTIUS.

1. kal. Marchuart ob.
10. VI id. Dicthalmus l. migravit ad dominum.
12. IV id. Bertoldus doctor egregius requievit in pace.
15. id. Bernhardus m. ob.
18. XV kal. Depositio beati Anshelmi Lucensis ep[i].
19. XIV kal. Erchinbertus pbr. ob.
27. VI kal. Riwinus pbr. ob.
29. IV kal. Stephanus papa ob.

---

1) *Ex calendario Pertzius etiam nomina sanctorum nonnulla descripsit, quae hic non repetiri.*
2) *In chronico (S. S. V, 429) Bernoldus eundem VIII kal. Martii mortuum esse dicit.*

APRILIS.

1.	kal.	Chuono de Cella ob.
4.	II non.	Imma ob.
18.	XIV kal.	Beatrix com[a] ob.
19.	XIII kal.	Leonis papae noni, 153[i].
21.	XI kal.	Alexander papa II. discessit.
25.	VII kal.	Sigeboto pbr. ob.
26.	VI kal.	Heremannus ex marchione m. ob.
27.	V kal.	Uodalricus clericus ob.

MAIUS.

7.	non.	Primus Otto imperator ob.
14.	II id.	Miginfredus (*sic*) pbr. ob.
18.	XV kal.	Bertaldus dux Alemanniae ob. Reginlindis ob.
25.	VIII kal.	Depositio Gregorii pape VII., a beato Petro 159[ni].
26.	VII kal.	Beda pbr. ob.
30.	III kal.	Ordinatio Gregorii pape VII. anno dominicae incarnationis 1073.

IUNIUS.

1.	kal.	Chonradi martyris et ep[i] Trevirensis.
3.	III non.	Walto vere m. ob.
4.	II non.	Chonradus imperator ob.
9.	V id.	Magna cedes facta est aput Saxones.
15.	XVII kal.	Poppo Treverensis eps. ob. Gebehardus Iuvavensis eps. ob.
21.	XII kal.	Ludowicus imperator ob.
23.	IX kal.	Pilgerin m. vere seculo peregrinus requievit in pace.

IULIUS.

2.	VI non.	Heinricus rex ob.
5.	III non.	Willihelmus abb. Hirsaugiensis ob.
11.	V id.	Pobbo com. ob.
13.	III id.	Prior Heinricus imperator ob.
20.	XIII kal.	Berhardus abb. Massiliensis requievit in pace.
28.	V kal.	Victor papa II. ob.

AUGUSTUS.

13.	id.	Richinza sor. ob.
17.	XVI kal.	Uodelscalcus m. ob.
27.	VI kal.	Gebehardus eps. ob.
30.	III kal.	Othere m. ob.

SEPTEMBER.

9.	V id.	Marchuart adolescens ob.
24.	VIII kal.	Heremannus doctor egregius ob.
25.	VII kal.	Hugo religiosissimus coniugatus ob.
29.	III kal.	Gebino ob.

OCTOBER.

5.	III non.	Heinricus II. imperator ob.
9.	VII id.	Clemens II. papa ob.

15. id. Ruodolfus rex, s. Petri miles, migravit ad dominum. Gisilbertus pbr. discessit.
19. XIV kal. Hezel l. ob.
28. V kal. Sigefridus abb. ob.

NOVEMBER.

1. kal. Amezo et Fridericus frater eius ob.
6. VIII id. Bertoldus piae memoriae dux Carinthiorum ob.
10. IV id. Fr. Kadalaus ob.

DECEMBER.

3. III non. Adelbertus pbr. et vere m. migravit ad dominum.
6. VIII id. Geraldus Ostiensis eps. ob.
8. VI id. Arnolfus imperator ob.
14. XIX kal. Agnes imperatrix ob.
18. XV kal. Reginlindis ob.
19. XIV kal. Adelheida Taurinensis com^{a} ob.

FRAGMENTA NECROLOGII BLAUBURANI.

Codici Nr. 93 signato bibliothecae Caroliruhensis membranaceo, quondam ad bibliothecam marchionum Badensium in civitate Rastatt pertinenti, cui in folio 2. scriptor saeculi XVI. verba „liber s. Iohannis Baptistae in Blaubiren" subscripsit, folium, quo necrologium saeculo XII. ineunte scribi coeptum, saeculis XII. et XIII. continuatum, saeculo XV. denique notis paucis adauctum continetur, adiunctum est, quod bibliopegus codicem ipsum ligando nimium resecuit. Quae fragmenta mortuarii in monasterio Scafhusensi scripta esse vir clarissimus Fredegarius Mone, qui primus (Quellen der badischen Landesgeschichte III, 620—21) eadem edidit, coniecit. Cui et ipse assensus eram (Quellen zur Schweizerischen Geschichte III), cum nomina abbatum Alberti et Hugonis, quae in his fragmentis inveniuntur, nomina Scafhusensium sint et monasterium Scafhusense in vico Walthusen saeculo XII. praedia habuerit, ut haec fragmenta de coenobio suo referunt. Attamen haec coniectura falsa est; immo necrologium, ex quo illud folium adhuc exstat, in monasterio Blauburensi scriptum esse notae eius cum excerptis Tubingii (pag. 167—69) collatae demonstrant. Ut hanc sententiam confirmem, notas nonnullas cum excerptis Tubingii hic compono:

FRAGMENTA.	*EXCERPTA TUBINGII.*
(24. Aug.) Diedewinus n. c. m., hic dedit allodium in Walthusen.	*Diedwinus n. c. m. allodium in Walthusen obtulit.*
(6. Sept.) Adelhait l^{a}, hec dedit 12 talenta.	*Adelhaidis l^{a} 12 tt. contradidit.*
(13. Sept.) Uodelhilt com^{a}, hec dedit dorsale optimum.	*Udelhildis com^{a} dorsale optimum tribuit.*
(14. Sept.) Eberhardus l., qui dedit nobis 10 tt.	*Eberhardus l. 10 tt. contulit.*

Quoniam serius haec fragmenta e necrologio Blauburensi, quod Tubingius etiam integrum vidit, sola superesse cognoverim, hoc loco mihi referenda fuerunt. Notas manu prima inscripta literis maioribus, latius dispositis, continuationes saeculorum XII. et XIII. literis maioribus distinxi, notae postea additae hic relatu dignae non sunt.

AUGUSTUS.

16. XVII kal. Sigehart. Bertoldus. Bernoldus cv^{i}. Depositio Alberti abbatis, candele 3. Cunradus n. c. m.
17. XVI kal. Altmann cv.
19. XIV kal. Wernherus cv.
20. XIII kal. Berhtoldus n. c. m.
21. XII kal. Adilheit sanctimonialis. Mathilt.
23. X kal. [H]adew[ic].
24. IX kal. Diedewinus n. c. m., hic dedit allodium in Walthusen.
25. VIII kal. Gerdrut cv. Berhtoldus n. c. m.
26. VII kal. Adelbertus cv.
27. VI kal. Depositio Uodalrici ep^{i}. Hugonis abbatis, candele 3.
31. II kal. Emisa.

SEPTEMBER.

1. kal. Arnoldus cler. Hermannus cv. Giselhardus m. [de] Zwivultuon. Cuonradus frater. Welto.
2. IV non. Adelbertus abb., officium. Judinta infans, filia Hugonis comitis. Fridericus pbr. Hadewic, officium, Judinta l^{e}.
3. III non. Wicnant cv. Gisela. Chuonradus abb. Hainricus l.
5. non. Diethalmus diac. Madelbolt l.
6. VIII id. Hartwig pbr. Adelhait l^{a}, hec dedit 12 talenta.[a])
7. VII id. Marquardus l. Adelhait vidua.
8. VI id. Hailwic l^{a}.
9. V id. Benno, officium. Crafto l.
10. IV id. Uodalricus com. Dietrich l. Hailica[b]) sanctimonialis.
11. III id. Swigerus, officium. Hailica, officium. Petrus cler. Adelheit inclusa.
12. II id. Judinta infans, filia Hugonis comitis.[1] Salme vidua.
13. id. Uodelhilt com^{a}, hec dedit dorsale optimum. Ruodolfus l. Bertholdus pbr. Dietricus l.
14. XVIII kal. Eberhardus l., qui dedit nobis 10 ℔. Maehthilt vidua. Uolricus cler.
15. XVII kal. Hugo com. Otto l. Prungerus cler.

FRAGMENTA INCERTA.

In monasterio s. Pauli Carinthiae exemplar notarum necrologicarum, quod in coenobio s. Blasii Hercyniae Silvae saeculo XVIII. ex autographo viri optime meriti Tschudii nunc deperdito descriptum est, etiamnunc asservatur. Etsi dubitare non licet, quin Tschudius his notis nonnulla de suis adiecerit (confer, ut exemplis utar, 23. Ianuarii, 21. Augusti), tamen negare non possumus, eum has notas non libere compilasse, sed e necrologio quodam excerpsisse. Cur enim Tschudius seriem defunctorum, qui saeculis et locis diversis vixerunt, tam variam compilaverit? Si dolo malo id egisset, etiam ecclesiam

[a]) *Manu prima postea additum.* [b]) *Primo scriptum erat: Hailiga.*

1) *Sine dubio eadem, quae iam 2. Sept. nominata est.*

quandam nominavisset, e cuius mortuario nomina a se excerpta esse confirmasset. Immo vero notae Tschudianae ipsae demonstrare mihi videntur, mortuarium, ex quo ille eas hausit, saeculi XII. parte priore scribi coeptum et saeculis XIII. et XIV. nominibus aliquot adauctum esse. Dubium autem est, ad quod monasterium hoc mortuarium pertinuerit. Coniectura probabilis videtur, Tschudium has notas ex necrologio Einsiedlensi nunc amisso excerpsisse, cum et complura nomina abbatum, qui hoc coenobium saeculo XIV. rexerunt, et etiam alia nomina, quae in fragmentis libri anniversariorum Einsiedlensis (pag. 358) exstant, receperit, sed in hanc coniecturam non quadrat, Tschudium in compilatione sua dicta Liber Heremi (Geschichtsfreund der fünf Orte I, 93 ff.) nunquam his notis usum esse. Nec minus tam necrologium Fabariense, quam mortuarium coenobii sanctimonialium, quod Schennis dicitur, in suspicionem venire possunt, quin a Tschudio ex parte adhibita sint.

2. In codice Nr. 28 bibliothecae societatis antiquariorum Turicensium folium membranaceum, ex una parte valde detritum, necrologii, quod circa annum 1300 scribi coeptum et saeculis XIV. et XV. notis novis[1] *auctum est, asservatur. Ecclesiam autem, ex qua hoc necrologium oritur, in regione lacus Turicensis superioris exstitisse, loca, quae in fragmentis eius occurrunt, probant. Quod monasterium Rütinense ordinis Praemonstratensium, iuxta oppidum Rapperswilanum saeculo XIII. a comitibus de Rapperswil conditum fuisse puto, cum vir optime meritus Ferdinandus Keller folium huius necrologii, quod solum restat, ab indice censuum in tabulario reipublicae Turicensis reposito solverit. Unde elucet ecclesiam, ad quam necrologium spectavit, in ditione Turicensi fuisse, cui nullum aliud monasterium in regione illa paruit.*

3. In eodem codice Nr. 28 etiam folium membranaceum libri anniversariorum saeculo XIV. ineunte scripti superest, quem in vicinia oppidi Stein prope locum, ubi Rhenus ex lacu Bodamico Inferiore exit, siti scriptum esse nomina, quae in eo inveniuntur, ipsa demonstrant. Cum in ista regione duo monasteria ordinis s. Benedicti, alterum in oppido Stein ipso, alterum in loco Wagenhausen regionis Thurgoviensis floruerint, necrologium non in Wagenhausen, sed in coenobio Steinense scriptum esse mihi persuasum est, quia Ferdinandus Keller folium illud et ipsum ab indice censuum tabularii Turicensis absolvit, et coenobium tantum Stein, non monasterium Wagenhusense Turicenses saeculo XVI. exaugurarunt.

1.

IANUARIUS.

7. VII id. Tiepaldus abb. S. Galli ob.
13. id. Wernherus abb. Fabariensis ob.
14. XIX kal. Burchardus abb. S. Galli, eius nominis primus.
15. XVIII kal. Hermannus eps. Curiensis ob., fuit antea abb. Fabariensis.
16. XVII kal. Heinricus eps. Lausannensis, filius Ulrici comitis [de] Schennis.
23. X kal. Hemma abb^a Turicensis, Ulrici comitis [de] Schennis soror, alibi filia.
27. VI kal. Uolricus abb.
28. V kal. Trutmannus [a]) eps. Curiensis.

FEBRUARIUS.

3. III non. Gero abb. Einsidlensis.
6. VIII id. Eulalius [b]) abb. Fabariensis.

a) *Corrig.: Tietmarus.* b) *Corrig.: Eglolfus.*

1) *Harum notarum, quae supersunt, novarum hic rationem habere opus non fuit.*

11. III id. Hermannus archieps. Coloniensis.
15. XV kal. Leppo[a]) eps.
27. III kal. Eberhardus abb. Fabariensis.

MARTIUS.

3. V non. S. Kunigund imperatrix, s. Heinrici vidua.
6. II non. Wernherus abb. Einsidlensis.
8. VIII id. Fridericus abb.
10. VI id. Ioannes de Schennis[b]) abb. Einsiedlensis.
16. XVII kal. Heribertus archieps. Coloniensis.
17. XVI kal. Gebhart eps. Ratisbonensis.
19. XIV kal. Agnes de Brandis abb[a] Seconiensis.
20. XIII kal. Mayzli[c]) eps. Wirzburgensis.
26. VII kal. Guntrammus com.

APRILIS.

1. kal. Hermannus dux adolescentulus, Hermanni ducis filius.
5. non. Bertholdus abb. Einsidlensis.
7. VII id. Benedictus papa, qui ad Heinricum regem Babenberg venit.
18. XIV kal. Heinricus abb. Einsidlensis.
19. XIII kal. Arnolfus com. de Schennis ob. 1105.
21. XI kal. Fridericus dux ob. 1139.
23. IX kal. Adelbertus abb. Petershusen[sis]. Petrus de Walhusen abb. Einsidlensis.
24. VIII kal. Brunn eps. Augustensis.
25. VII kal. Adelbero eps. Augustensis, nepos s. Ulrici.

MAIUS.

2. IV non. Hermannus dux.
13. III id. Geroldus abb. Fabariensis. Cunradus de Thune abb. Einsidlensis.
15. id. Arnoltus com., Ulrici de Schennis filius.

IUNIUS.

19. XIII kal. Petrus de Schennis abb. Einsidlensis.
22. X kal. Philippus rex occisus apud Babenberg.
29. III kal. Gero archieps. Coloniensis.

IULIUS.

3. V non. Heinricus archieps.
21. XII kal. Richardus abb. in Vulto.
22. XI kal. Ioannes de Hasenburg abb. Einsidlensis.
23. X kal. Ita uxor comitis Radbottonis de Vindonissa.
27. VI kal. Lutfridus eps. Augustensis.

AUGUSTUS.

9. V id. Burckardus abb. S. Galli, eius nominis secundus.
11. III id. Ulricus secundus abb. Einsidlensis.
20. XIII kal. Burcardus eps. Wormatiensis. Conradus dux.
21. XII kal. Heinricus eps. Surmo abb., puto S. Galli.
23. X kal. Udalricus eps. Curiensis.

a) *Corrig.: Poppo [eps. Wurceburgensis].* b) *Corrig.: Schwanden.* c) *Corrig.: Mainhardus.*

25. VIII kal. Sanderadus abb.
26. VII kal. Adelbertus abb.
30. III kal. Hugo eps.
31. II kal. Hugo eps. Lausannensis.

SEPTEMBER.

4. II non. Franco eps. Wormatiensis.
5. non. Lambertus ob.
7. VII id. Dietricus eps. Metensis.
16. XVI kal. Cunradus eps.
22. X kal. Virdun[a]) papa.

OCTOBER.

9. V id. Bruno Coloniensis archieps.
24. IX kal. Fridericus archieps. Moguntinus.

NOVEMBER.

4. II non. Egilbertus eps. ob.
8. VI id. H. abb. Einsidlensis ob.
12. II id. Gebene abb. Fabariensis.
25. VII kal. Heinricus eps. Würzburgensis.

DECEMBER.

12. II id. Cunradus dux de Wormatia, cuius uxor Mechtild.

2.

IULIUS.

21. XII kal. Ob. Ruod. dictus Volmar et Berchta mater eius. Ob. Uolr. filius antiqui fabri. Ob. Mechthilt ab Swanden.
22. XI kal. Ob. com. Ruod. de Rappreswille. Ob. mulier Wernheri dicti de Húrschen.
23. X kal. Ob. Verena filia sacriste de Wolrouwe, qui legavit plebano in anniversario eius 2 ₰ de curia habitacionis sue.
25. VIII kal. Ob. Anna ab dem Berge. Ob. Ita uxor C. dicti Brassen.
26. VII kal. Ob. R. de Veldmos et filius suus. Ob. C. Prasso de Wolrouwe.
27. VI kal. Ob. Ruod. Frio ab dem Strike. Ob. Hedwig ab dem Strike.

3.

IANUARIUS.

2. IV non. Ob. Albe ..... et Chuono l.[1]
3. III non. Katherina uxor H. de ....[2]
4. II non. Mechthildis l[a], mater Hugonis Molitoris.[3]

---

a) *Corrig.: Victor.*

1) *Pr. de Hemishoven de prato im Gevelle.* 2) *Pr. de domo, quam nunc habet Ulr. Faber de Oeningen.* 3) *Pr. de bono in Wisholtz.*

9. V id. Ob. Mehthilt uxor quondam dicti Parzifal.[1] Ob. Clara de Rast.[2]
10. IV id. Ob. Albertus de Unleengen l.[3]
11. III id. Ob. Guota de Cella l.[4]
12. II id. Ob. Hainricus de Cella l.[5] Ob. Bertholdus In Littore.[6]
13. id. Ob. Ruodolfus faber l. de Arla.[7]
14. XIX kal. Ob. Hainricus l. dictus Huober.[8]
15. XVIII kal. Ob. Waltherus de Swaindorf.[9]
16. XVII kal. Ob. Adilhait l. de Clingen.[10] Ob. Ita, Uolricus et Meht. l^{i}.[11]

NECROLOGIUM PETRISHUSANUM.

Cum mortuarium monasterii Petrishusani in bibliotheca Heidelbergensi, quae libros huius cenobii sublati acquisivit, anno 1881 frustra quaesivissem neque alio loco reperire potuissem, paginis 315—323 exemplar huius necrologii a viro reverendo Ussermann scriptum edidi. Quo exemplari iamdiu repetito, tandem a viro clarissimo Winkelmann mense Novembri anni 1886 certior factus sum, necrologium ipsum in bibliotheca Heidelbergensi etiamnunc exstare, quod vir clarissimus Zangemeister, qui huic bibliothecae praeest, libentissime mihi mox ad Fontes Danubii misit. Quod necrologium cum saeculo XII. scribi coeptum et usque in saeculum XVIII. continuatum esse intelligerem, facere non potui, quin in hac appendice iterum correctius edam.

Codex membranaceus formae minoris, cuius foliis 4^{v}—55 necrologium Petrishusanum continetur, integer non exstat, cum capitulorum Aquisgrani anno 817 ab abbatibus ordinis s. Benedicti decretorum (v. Legum I, 200—204), quae post necrologium in foliis 55^{v} et 56 codicis sequuntur, finem nunc desideremus et ante necrologium in folio 4^{0} codicis finem libri alterius videlicet capitulum: „Qualiter danda sit fraternitas“, quod tantum finis regulae ordinis pro monasterio Petrishusano scriptae esse videtur, inveniamus.[12] *Anno 1702, in quo monachi Petrishusani codicem denuo operculis ligneis pelle suilla inductis vestierunt et in folio cartaceo praemisso titulum ampliorem scripserunt, hae iam partes defuerunt. Non dubito, quin monachus, qui necrologium Petrishusanum scribere coepit, exemplum aliorum mortuariorum secutus cum eodem etiam regulam s. Benedicti et martyrologium conglutinaverit.*

---

